De optativi apud Philodemum, Strabonem, Pseudo-Longinum usu.

Dissertatio inauguralis philologica

quam scripsit et amplissimi
philosophorum ordinis consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores
in Universitate Friderica Guilelma Silesiaca

rite impetrandos

die XIII mensis Octobris anni MCMXIII hora XI

in Aula Musica

publice defendet

Augustus Glatzel
Silesius

Idem disseret de tempore quo Strabo Geographica sua conscripserit.

Trebnitziae
Typis Maretzke et Maertin
MCMXIII

De dissertatione probanda ad ordinem philologicum rettulit
Ricardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die 26. mensis Februarii MCMXIII.

Ricardo Foerster

s.

Aetate hellenistica linguae Graecae progressus id secum ferebat, ut pristinam formarum varietatem atque ubertatem sensim coerceret imminueretque: quaedam formae minus adamatae paulatim removebantur, aliae inter se assimulari et misceri coeptae sunt. Inter eas formas, quae primae obsolescebant, erat modus optativus, quem a quarto a. Chr. n. saeculo decrevisse constat: neque Aristoteles neque Theophrastus unquam eum in enuntiato finali adhibent[1]. In Hellenicis quoque Oxyrhynchiis, quae illo saeculo conscripta sunt, optativus satis reprimitur: non plus duo exempla in iis exstant[2]. Altero quoque saeculo optativi usum recedere Polybii[3] historiae docent, atque eum primo saeculo etiam magis rarescere e Diodori[4] libro qui inscribitur *Βιβλιοθήκη ἱστορική* intellegitur. Inscriptiones quoque et papyri hellenisticae ostendunt optativum decrescere: Harsingius[5] in chartis Aegyptiis optativum potentialem cum ἂν coniunctum 48 tantum locis invenit (inclusis iis

---

[1]) Cf. W. Schmid, Der Attizismus III 83.

[2]) Hellen. Oxyrh. XVII 4 (p. 7 lin. 9 editionis min. Grenfelli et Hunti) *ἐκέλευσεν ὁ Ἀγησίλαος, ὅσα ἦν πλείονος ἄξια διαγαγεῖν . . ., ὅπως (ἂν) ἀπ' αὐτῶν μισθὸς τῷ [σ]τ[ρατεύματι] γένοιτο* particula ἂν editoribus iniuria suspecta videtur. Non modo scriptores hellenistici, sed etiam Herodotus et Xenophon eam non raro ὅπως et ὡς coniunctionibus finalibus adiungunt. — Accedit in fragm. 18 col. IV forma [β]ιάζοι. — Contra stant in enuntiato finali 5 coniunctivi post tempora secundaria, in enuntiato pronuntiativo secundario 5 indicativi; in aliis quoque enuntiatis optativus obliquus nonnunquam evitatur. Quamquam materies satis exigua est, tamen auctori usum optativi haud gratum fuisse vix negari potest.

[3]) K. Reik, Der Optativ bei Polybius und Philo von Alexandreia. Leipzig 1907.

[4]) R. Kapff, Der Gebrauch des Optativs bei Diodorus Siculus. Tübingen 1903.

[5]) C. Harsing, De optativi in chartis Aegyptiis usu, Bonnae 1910, p. 28 et 52.

exemplis, quae exstant in apodosi enuntiati condicionalis); chartae Aegyptiae a. Chr. n. saeculorum in enuntiato finali optativum obliquum semel praebent[1]; Atticae inscriptiones aetatis hellenisticae post ἵνα coniunctionem semper coniunctivum, post ὅπως semel optativum exhibent[2]; inscriptiones regni Pergameni et Novum Testamentum[3] sicut Aristoteles et Theophrastus nullum optativi exemplum in enuntiato finali praebent; inscriptiones regni Pergameni etiam in protasi enuntiati condicionalis optativi usum prorsus ignorant[3]. In Novo Testamento non plus 67 optativi inveniuntur; solus fere optantis optativus paulo crebrius occurrit: sunt 38 exempla; ex his apud Paulum[4] 29 inveniuntur (in his 14ies formula μὴ γένοιτο); ceteris autem Novi Testamenti auctoribus optantis optativus fere inusitatus est. Neque optativus potentialis cum ἄν particula coniunctus neque optativus obliquus usquam occurrit nisi in Lucae evangelio et in Actis apostolorum. In protasi enuntiati condicionalis Lucae evangelium, Acta apostolorum, Pauli epistulae, 1. Petri epistula pauca praebent optativi exempla. Consentaneum est in papyro magica Leidensi circa a. p. Chr. n. 200 conscripto[5] non plus unum optativum inveniri. Neque dubium est quin futurum fuerit, ut optativus et in sermone cotidiano et in litteris exstingueretur, nisi inde a primo a. Chr. n. saeculo viri docti, qui orationem veterum scriptorum Atticorum restituere ac revocare studebant, eum dedita opera in usum reducere coepissent. Hi enim scriptores Ἀττικισταί qui dicuntur optativo permultum tribuebant ad dictionis colorem Atticum efficiendum. Ex illa aetate hic modus reviviscere coepit; non solum scriptores Ἀττικισταί, sed etiam multi auctores dialecti κοινῆς illos secuti eum renovabant. Ex optativi igitur singulorum auctorum usu facile intellegitur, quid quoque tempore Ἀττικιστῶν auctoritas valuerit. Non minimi autem momenti videtur exquirere, quanti habuerint optativum auctores dialecti

---

1) Harsing p. 33.

2) K. Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften, Berlin 1900, p. 253 sqq.

3) L. Radermacher, Neutestamentliche Grammatik, Tübingen 1911, p. 129.

4) Moulton, Einleitung in die Sprache des Neuen Testamentes. Heidelberg 1911, p. 307.

5) Ed. Dieterich, Jahrb. f. Philol. Suppl. XVI p. 793—818.

κοινῆς illa aetate, qua Ἀττικιστῶν disciplina nondum diu pervagata erat: Philodemus Gadarenus, Diodorus, Strabo, Philo Alexandrinus; huc etiam Pseudo-Longinus (περὶ ὕψους) referendus est, qui ipse quoque praeceptis Ἀττικιστῶν minus coercetur. Diodorum optativum nondum repetivisse Kapffius ostendit; Philonem autem Alexandrinum non ita multo post optativi usum aliquantum auxisse Reikius demonstravit. Superest ut in Philodemi, Strabonis, Pseudo-Longini usum inquiramus. Atque initium disputationis faciamus a Philodemo.

De optativi apud Philodemum usu.[1]

Illa aetate qua Philodemus, Ciceronis aequalis, scripta sua philosophica et rhetorica componebat, Ἀττικιστῶν disciplina, quamquam summam auctoritatem et gloriam nondum assecuta erat, tamen iam minime ignobilis erat; etiam auctores Romani tum exsistebant, qui exemplorum Atticorum elocutionem unice diligerent atque imitandam sibi proponerent. Illis temporibus imprimis Caecilius in his praeceptis propagandis Romae studium suum ponebat. Quaeritur num Philodemus, qui in universum orationi artificiosae non studebat, una in re, optativo revocando, — id quod plerique auctores posteriorum temporum faciebant — Ἀττικιστῶν disciplinam secutus sit.

Atque primum videamus, quot optativos singula Philodemi scripta exhibeant:

περὶ ἠθῶν καὶ βίων. Voluminum Herculanensium[2]) tomus V[1], pars 1 et 2 — 14

περὶ τῶν Στωικῶν[3]): V. H. VIII[1] (papyrus 399). Croenertus huius libelli alteram papyrum (no. 155) investigavit atque publici iuris fecit in

---

[1]) Nonnulla protulit de Philodemi usu Schroefelius in dissertatione, quae est de optativi apud Dionysium Halicarnaseum usu, Vratislaviae 1909, p. 4. 23 sqq.

[2]) Voluminum Herculanensium collectio prior et altera numeris minoribus discernuntur: V[1] et V[2].

[3]) Huius libelli inscriptionem solitam (περὶ τῶν φιλοσόφων) ab Italo quodam esse interpolatam monet Croenertus (Memoria Herculanensis p. 4).

libro qui est de Colote et Menedemo (Studien zur Palaeographie und Papyruskunde, VI 1906, p. 54 sqq.)	3
περὶ χάριτος V. H. X^1	0
πε[ρὶ] Ἐπικούρο[υ] . . . πραγματεῖαι V. H. I^2 107—131	1
πρὸς τοὺς . . . V. H. I^2 132—161	1
περὶ πλούτου V. H. III^2 72—109	2
περὶ ὁμιλίας V. H. V^2 176—181	0
περὶ κολακείας V. H. I^2 1—13. 75—83.	2 [1]
Huc pertinent anonymae papyri [2]: I^2 84—92. $VIII^2$ 1—7; 138—141.	0
περὶ θεῶν διαγωγῆς ed. Scott, fragmenta Herculanensia, p. 104—180	13
περὶ θεῶν α' ed. Scott. p. 207—239	5
volumina rhetorica ed. Sudhaus, Lipsiae 1892. 1896	202
de musica librorum quae exstant ed. Io. Kemke, Lipsiae 1884	25
περὶ ποιημάτων libri secundi quae videntur fragmenta conlegit A. Hausrath (Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. XVII 213)	13
περὶ ποιημάτων Δ V. H. II^2 148—158	1
περὶ ποιημάτων Ε V. H. II^2 159—197 (alterum apographum II^2 198—208)	4
περὶ θανάτου Δ, ed. S. Mekler (Sitzungsb. d. Wiener Akademie, vol. 110, 305)	14
περὶ σημείων καὶ σημειώσεων ed. Th. Gomperz, (Herculanensische Studien I, Lipsiae 1865) Philippson, Rh. M. LXIV 1	9
περὶ εὐσεβείας ed. Gomperz (Herculanensische Studien II, 1866)	10
de ira liber, ed. Th. Gomperz, Lipsiae 1864	9
περὶ οἰκονομίας qui dicitur libellus [3]) ed. Chr. Iensen, Lipsiae 1907	4

---

[1]) In illum numerum non rettuli hoc exemplum: de adulat. V.H. I^2 p. 91 col IX 5 *τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι τις [ἄ]ν εἶναι* . . . Hoc enim loco Philodemus complurium scriptorum definitiones adulationis proferre videtur.

[2]) Cf. Croenert, Quaestiones Herculanenses, Lipsiae 1898, p. 7.

[3]) Extra rationem manent columnae 12, 45—21, 35 et 22, 9—24, 19; has

περὶ κακιῶν liber decimus[1]), ed. Iensen, Lipsiae 1911 3
περὶ τοῦ καθ' Ὅμηρον ἀγαθοῦ βασιλέως ed. Olivieri, Lipsiae 1909 3
περὶ Ἐπικούρου ed. Domenico Bassi (Miscellanea Ceriani, Milano 1910) 1
epigrammata ed. Kaibel 1885 2

Praeterea perquisivi ea fragmenta, quae Croenertus publici iuris fecit in Museo Rhenano et in Herma et in libro qui inscribitur: Kolotes und Menedemos. In his unum inveni optativum; qui pertinet ad Philodemi de vesania disputationem.

Illum librum qui inscribitur *Σύνταξις φιλοσόφων* (Academicorum et Stoicorum indicem) non respexi, quia dictio huius scripti, in quo Philodemum variorum auctorum verba sua fecisse verisimillimum est, non ab omni parte eius propria aestimanda videtur. Age, aggrediamur propositum ipsum atque inquiramus:

I. in optativi formas.

Reperiuntur apud Philodemum:

optativi	activi	medii	passivi	
praesentis	138	41	12	191
aoristi	83	43	23	149
	221	84	35	340

Efficiuntur 340 optativi vel per 100 paginas editionis Teubnerianae[2]) plus minusve 45 exempla.

enim exscriptas esse e Metrodori de divitiis libro demonstravit Sudhausius (Hermes XXXXI 45); in illis occurrunt 7 optativi: p. 51 XVII 16 *ἐν οἷς . . . ἕκαστος ἡμῶν . . . οὐ⟨κ ἂν⟩ κακῶς ἐπιτελώηι.* Iensen: *οὐ κακῶς ⟨ἂν⟩ ἐπιτελώηι.* p. 51 XVII 11 *μεθ' ὧν κἂν ἡ τοιαύτη δύναμις χρησίμη γίνοιτο.* p. 55 XIX 6 *ὅθεν ἂν μάλιστα τὸ πλεῖον αὔξοι[το].* p. 62 XXII 26 *ὡς κἂν [α]ὐτοὶ μαρτυρήσαιεν οἱ βίοι.* p. 41 XIII 5 *ὧν ὑπαρχ[όν]των κἂν πράγματα σχώημεν κἂν ἀγωνιάσαιμεν.* p. 45 XIV 37 *Ἂν δέ τις περι[έ]λη[ι] ἑαυτοῦ τὰς τοι[α]ύτας [δ]υσχερείας, ἀπαρά[λλα]κτος γίνοιτ' ἂν δία[ιτα].*

[1]) Columnas X 30—XXIV assumptas esse ab Aristone (*περὶ τοῦ κουφίζειν ὑπερηφανίας*) explicat Iensenius (Hermes XLVI 393); in illa parte hi exstant optativi: p. 28 XVI 10 *οὓς εἰ μὲν ὁμοίους εὑρίσκοι, περιορῷτ' ἂν εὐλόγως, εἰ δὲ μετρίους, ὑπὸ τῆς ἐκείνων εὐγνωμοσύνης μᾶλλον ἁμαρτάνων ἐξελέγχοιτ' ἄν.*

[2]) Varias singulorum librorum editiones, quantum fieri potuit, ad spatium solitae editionis Teubnerianae revocavi.

1. Ex hac tabella intellegis activi optativum praesentis crebrius occurrere quam aoristi, passivi autem optativum aoristi esse usitatiorem; medii optativi praesentis et aoristi eundem fere locum tenent. Sed si detrahes activi optativos praesentis eorum verborum, quorum aoristus non exstat, cognosces ceterorum verborum optativos praesentis et aoristi fere aequabili ratione usurpari.

2) Optativus futuri in Philodemi papyris omnino non legitur; Philippsonus *ἔσοιτο* formam e coniectura recepit: de indic. col. 11, 16 (Rh. M. LXIV 26) *τούτου γ' ἀ[π]ορ̣οῦν[τος, ἆ]ρ' οὐ[χ ὁ κα]τ' ἀνα[σκευὴν ἀναγ]κ̣α[ῖος] ⟨ἂν⟩ [ἔσ]οιτο.* Ric. Foerster autem pro futuri optativo, qui omnibus illorum temporum scriptoribus inusitatus est, scribendum esse *[γέν]οιτο* iure censet. — Philodemus neque merum perfecti optativum adhibet neque eum circumscribit optativo verbi *εἶναι* coniuncto cum participio perfecti. Duae *οἶδα* verbi formae — Rhet. vol. II pag. 12 col. 9, 8; de mus. pag. 95 XXVI 6 — nullo sunt numero, quia sensum praesentis temporis habent. — Philodemum futuri et perfecti optativos non usurpasse minime est mirum; hae enim formae, quae nunquam nimis usu tritae erant, aetate hellenistica fere evanuerant: Diodorus[1]) et Novum Testamentum[2]) futuri optativum omnino non praebent; etiam Dionysius[3]), scriptor *Ἀττικιστής*, perpaucos futuri et perfecti optativos exhibet; posteriore aetate Philostratus II[4]) non modo futuri optativum (19 exempla sunt in vita Apollonii), sed etiam perfecti in vitam revocat (in vita Apollonii: 4 optativi perfecti activi circumscripti, 6 meri perfecti activi optativi).

3. Optativus medii generis, quod aetate hellenistica decrescebat, a Philodemo fere non reprimitur excepto quod optativus aoristi medii *ἀποδέξαιτο* uno loco (de poem. II, p. 253 fr. 32, 5) depellitur passivo: *[ἀπο]δεχθείη*; haec quidem forma haud dubie ad communem sermonem hellenisticum spectat.

---

[1]) Kapff l. l. p. 14.

[2]) Witkowski, Bursians Jahresberichte, vol. 159 (1912) p. 239.

[3]) Schroefel l. l. p. 24.

[4]) Iaekel, De optativi apud Dionem Chrysostomum et Philostratos usu., Trebnitziae 1913, p. 46—47.

Contra occurrunt paucae medii formae verborum, quorum activum est usitatissimum: Rhet. vol. I p. 380 col. CV 10 οὐκ ἂν [δημο]κολοῖτο; medii forma haud dubie exstitit etiam in Rhetor. vol. I 373 XCIV 10 ἂν καὶ προσ[κόλλοιτο]; haec enim medii forma lacunae spatio aptius convenit quam activi. — Secernendus est optativus νώσαιτο (de ira p. 101 XXIX 26), quem e Democriti verbis assumptum esse Ric. Foerster animadvertit[1]).

4. Verborum contractorum optativus non semper consuetudini Atticae respondet. Singulae enim species verborum contractorum his temporibus iam non diligenter discernebantur: verba in -έω et -όω desinentia saepius ad similitudinem verborum -άω mutabantur, -ῴην pro -οίην, -ῴη pro -οίη; ad -ῴη terminationem non raro e coniunctivi exitu (-ῃι) transferebatur -ι littera finalis, ita ut oreretur -ῴηι[2]); hae formae — ῴη et ῴηι — pro οίη in papyris Herculanensibus[3]) persaepe occurrunt. Apud Philodemum invenies haec exempla:

-όω verbi:

[ἀ]ξιῴηι de morte IV, p. 315 VIII 30.

-έω verborum:

ὁμολογῴην de mus. p. 42 col. 49, 2 (ante vocalem). εὐπορῴηι Rhet. II 52 XLIX 11 = Rhet. I 318 XLIX 11. ποιῴη[ι] Rhet. II 144 fr. I 10. ἐπιζητῴηι de vit. et mor. II 6. φρονῴη Rhet. II 285 fr. VII 5. [ἀ]γανακτῷ[εν] Rhet. II 193 fr. II 5. de mus. p. 110 XXXVIII 19 Kemkius recepit ποιοίη formam pro papyri lectione ποιωή: puto scriptum fuisse ποιῴη. Rhet. II 169 fr. III 6, quo loco sensus optativum potentialem poscit, in papyro legitur ὁμολογων; certo exstitit ὁμολογῴη.

Omnino desunt formae -οῖμι, -οῖς, -οῖ.

Forma ἀναισχυντο[ῖ]μεν, quae legitur Rhet. II 88 fr. XV 8, minorem habet fidem propter lacunam; exstitisse enim potest ἀναισχυντῷμεν.

---

[1]) Cf. Diels, Fragmente der Vorsokratiker, vol. II³ p. 87, 143.

[2]) Iota finale, sicut e coniunctivo in optativum translatum est, ita in imperativum quoque et indicativum (1. singul.) irrepsit: φράσῳ Rhet. II 85 fr. XI 2. ἐπιφέρωι de mus. p. 42. 49, 25.

διδόσθῳ „ „ „ 80. 15, 8.

δεδόσθῳ Rhet. II 85 fr. XI 2; de mus. p. 32. 25, 7.

[3]) Croenert, Memoria Herculanensis, p. 213.

Accedit: [ἐκπν]έοιεν de morte IV, p. 324. XVII 13.

-άω verborum:

ἐρωτ]ῷμεν de morte IV, p. 324. XVII 12.

[illegible] de morte IV. p. 336 XXVI 15; (ι) litteram Mekler inseruit [1]).

Habemus igitur 2 optativos activi contractos verborum -άω, 9 verborum -έω, 1 verbi -όω. — Cum activi optativi -έω verborum a formis Atticis dissentiant, omnes medii et passivi optativi cum consuetudine Attica congruunt: κἀνοχλοίμεθα Rhet. II 138 fr. IX 10. ἀποπεὶλοῖτο commentat. I² p. 140 fr. XVI 8. [ἀ]ρνοῖτο Rhet. II 101 fr. V a. [δημο]κοποῖτο Rhet. I 380 CV 10. ποιοῖτο de vit. et mor. fr. LXVIII 10. Eadem forma coniectura restituta est: Rhet. II 23 XXIX 11.

2 -άομαι: χρῷτο Rhet. I 286 VI 11. περιορῷτο de vit. X, p. 28 XVI 12. Optativi -έω verborum apud Philodemum sicut apud ceteros eiusdem aetatis auctores numero longe antecedunt optativos verborum -άω et -όω. — Annotare liceat auctorem verbi δοκέω optativum aoristi semper optativo praesentis contracto praeferre; in universum autem verborum contractorum optativum praesentis et aoristi fere aequabili ratione adhibet.

5. Etiam ad δίδωμι verbi optativum exitus -ώη transibat: de dis I. col. I 19 Scottius (p. 207) hanc habet lectionem: διδῷ ΗΤΙΗΛ . . . Non dubito quin restituenda sit forma διδώη. de mus. p. 68 V 41 legimus: ἀποδώη (iota littera omissa). Sudhausius coniectura recepit formam δι[δοίη] Rhet. II 144 fr. I 6: [διδοίη] Rhet. II 144 fr. I 11: in dubio manet an his quoque locis διδώη exstiterit. — Solitam dipthongum -οι invenimus in tertia pluralis [ἀπ]οδιδοίησαν (papyrus: ἀποδιδοησ^αν) Rhet. II 8. 6, 7. — Missam facio [διδ]οῖς formam — de grat. XIII 15 — ab editore Neapolitano receptam, quae sensui illius loci minus est apta.

Commemorare liceat ceteros optativos verborum in -μι

[1]) Iota littera aliis quoque locis papyrorum perperam omissa est: ἀποδώη de mus. p. 68 V 41. συγγνώη (Gomperzius συγγνοίη) de piet. p. 97. 67. 8; σχῷμεν de oecon. p. 41 XIII 7 (haec forma pertinet ad quandam Metrodori disputationem, quae a Philodemo exscripta est in columnis XII 45—XXI 35 (cf. Sudhausium, Herm. XXXI 45).

exeuntium diligenter secundum normam Atticam esse formatos. Etiam unus qui occurrit optativus aoristi medii formam Atticam praebet: *προεῖντο* Rhet. II 135 fr. V 17, quamquam aetate hellenistica hae formae saepe secundum *-ω* vel *-έω* verborum coniugationem conformabantur (apud Diodorum 9ies, apud Strabonem 1, apud Dionysium 2).

6. Optativi aoristi II bis reperimus terminationem *-ώη* — iota littera omissa — *ἀποδώη* de mus. p. 68 V 41; *συγγνώη* (Gomperz: *συγγνοίη*) de piet. 97. 67, 8 — de vit. et mor. fr. LXXVIII 10 editio Neapolitana praebet: *γνῷ [ἄ]λλοις*. Sed cum in apographo post *γνῷ* lacuna maior quam unius litterae exsistat, scribendum videtur: *γνώι[η ἄ]λλοις*. — Minus certa huius optativi est scriptura: *[γν]οί[η]* Rhet. II 14. 11, 7. Solitum exitum *-οίη* habemus Rhet. II 78 fr. I 16: *γνοί[η]*. Accedit: *[Γ]νοίης* Rhet. I 280 fr. XXIV 13. *γνώιη* legitur: de poem. II, p. 244. 13, 2 = Eurip. Ion. 239, ubi exstat *γνοίη*.

7. Sicut *-ώιη* terminatio interdum e coniunctivi exitu alterum iota finale perperam assumit, ita *εἴη* quoque optativus: *εἴηι* de ira p. 132 XXXX 25. *ε[ἴ]ηι* Rhet. I 285 VI 9. *εἴη[ι]* Rhet. I 380 CIV 12, de piet. p. 89. 22, 19. *[εἴ]ηι* Rhet. II 23 XXIX 4. Plerumque autem *εἴη* formam solitam legimus.

Etiam in aoristi passivi optativum illa iota littera finalis se infert: *[δ]ο[θ]είηι* Rhet. II 11 XVIII 15; *ὑποτεθείηι* Rhet. II 17 XXIII 16. Contra *-είη* terminatio 10ies exstat.

8. Iam transeo ad primae et tertiae pluralis formas *-[εί]ημεν* et *-[εί]ησαν* pertractandas:

Primae pluralis bis habemus terminationem *-[εί]ημεν*: *εἰδείημεν* Rhet. II 12. 9. 8. *[τελ]ευτώιημεν* de morte IV p. 336 XXVI 15.

Breviorem exitum his locis invenimus:

[ἐρωτ]ῷμεν de morte IV p. 324 XVII 12. *ἀναισχυντο[ῖ]μεν* Rhet. II 88 fr. XV 8. *φαῖμεν* de adul. I² p. 92. 11, 13. *φαῖ[μεν?]* de dis. I p. 211. 11, 2.

Tertiae pluralis terminatio *-[εί]ησαν*, quae Atticis minus erat accepta, aevo autem Alexandrinorum paulo crebrius occurrebat quam prioribus temporibus[1], a Philodemo saepe usurpatur:

[1] E. Mayser, Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemaeerzeit, p. 326.

δυνηθείησαν Rhet. II 291 fr. XVI 8; λυ[μ]ανθείησαν Rhet. II 7 XV 8. [πεισ]θείησαν Rhet. II 7 XV 5. [ὑ]πονο[η]θείησαν Rhet. I 141 XXXV 20. [διαρ]ραγείησαν de vit. et mor. fr. LIV 8. [ἀπ]οδιδοίησαν Rhet. II 8. 6, 7.

Rarius legitur -εῖεν exitus melior:

πεισθεῖεν Rhet. II 8. 6, 12. αἰσχυνθεῖεν de mus. p. 56 fr. 1, 2. εἰδεῖ[εν] de mus. p. 95 XXVI 6.

In dubio manet una forma: Rhet. II 9. 7, 14 οὐκ ἂν πει-[σθεῖεν οὐδενί]; etiam exstitisse potest: . . . πεισθείησάν τινι. Si consideraveris Dionysium Halicarnaseum solam terminationem meliorem -εῖεν admisisse [1]), concedes Philodemum hac in re Ἀττικιστῶν usum non respexisse.

Papyri aetatis Ptolemaicae εἶναι verbi semper formam εἴησαν, nunquam εἶεν praebent [2]); Philodemus εἴησαν his locis exhibet: Rhet. II 15. 11, 10. II 261 VII a 23. de indic. col. 3, 4 et 19, 22. Fortasse εἴησαν forma exstitit: de indic. 5, 33, quo loco apographum Neapol. praebet: ΕΙ. CΤΙ; Oxon: Θ . . ΕΤΙ. Sudhausius formam [εἶε]ν coniecit: Rhet. I 118 XIX 36.

9. Tertia singularis aoristi I activi praebet — omissis compluribus exemplis incertis — 30ies exitum qui dicitur Aeolicus -ειε[ν], 13ies exitum -αι. Tertia pluralis semel exhibet terminationem -αιεν: Rhet. II 35. 23, 10: φήσαιεν. Exitum Aeolicum -ειαν Philodemus omnino non praebet. Cum sermo vulgaris hellenisticus clausulis -αι et -αιεν indulgeat, eruditi dialecti κοινῆς auctores inter has formas et inter Aeolicas fluctuant. Philodemus quoque inter -αι et -ειε[ν] fluctuat, sed ita ut formam Aeolicam -ειε[ν], quam Attici scriptores et Ἀττικισταί malunt, praeferat; saepius eam adhibet, ut hiatum evitet; 10ies autem ante consonantem admittit, quamquam -αι exitum sine hiatu usurpare potuit; -αι exitum Philodemus adhibere non solet nisi ante consonantes.

10. Verbi λέγω Philodemus praefert optativum aoristi primi: εἴπαιμι de ira p. 144 XXXXIV 8; de piet. p. 85. 18, 6. εἴπαιμεν de ira p. 132 XXXX 17. Rhet. II 18. 14, 4. εἴπαι Rhet. I 242 XI 27. εἴπα[ι] Rhet. II 112 fr. 1, 6. [εἴπ]αι

---

[1]) Schroefel p. 30.

[2]) Mayser p. 326.

Rhet. II 230 XXIV 34. εἴπειεν de morte IV p. 352 XXXIX 2; de poem. II p. 275 fr. 7, 19; de poem. V, II² p. 178 XVII 23. de divit. III² p. 91 IX 5. Rhet. I 163 II 14 et I 263 XXVII 30. [εἴπει]εν ἄν Rhet. II 39 XLI 1. Rhet. II 177 fr. III 2 lacunae magnitudo magis ε[ἴπειεν] formam quam εἴποι commendat.

Aoristi secundi haec invenis exempla: εἴποι Rhet. I 58 XXX 4. de mus. p. 104 XXXIII 18. Incertae sunt hae formae: κἂν . . [εἴ]π[αι] Rhet. II 63. 46, 9. εἴπ[αι]μεν Rhet. I 124 XXV 14. ε[ἴπο]ις de indic. XXIII 30 (Philippson, Rh. M. LXIV 30). [εἴ-πο]ι de vit. et mor. fr. II 3. εἴποι de deor. viv. rat. I 8 (Scott p. 141). Rhet. II 24 XXX 11 Sudhausius Philodemi verba hunc in modum restituit: [φιλ]ομα[θὴς ἂ]ν γέν⟨οι⟩το καὶ σοφὸς [καὶ εἴπ]ει⟨ε⟩ αἱρέσει τὴν δύν[αμιν ἔ]χειν; pro [εἴπ]ει⟨εν⟩ potius εἴποι recipiendum esse puto.

Formae aoristi primi, quae etiam apud veteres scriptores nonnunquam occurrunt, aetate hellenistica maxime vigent — velut apud Polybium[1]) et in papyris aetatis Ptolemaicae[2]) — neque ab Ἀττικισταῖς prorsus vitantur; mirum igitur non est quod Philodemus eas diligit.

Ex iis quae protuli apparet Philodemum in optativis conformandis non semper consuetudinem Atticam sequi, sed dialecto communi satis multum concedere. — Restat ut annotem neque Philodemum neque Strabonem neque Pseudo-Longinum certas optativi formas praeferre solere, ut clausulam rhythmicam efficiant.

II. De optativi syntaxi.

§ 1.

De optativo optantis.

Optativum optantis nisi in epigrammatis non inveni: Anthol. Pal. V 121, 5 τοιαύτην στέργοιμι Φιλαίνιον. VI 349, 5 ἵλαοί με φέροιτε διὰ πλατὺ κῦμα φυγόντα. Praeter haec nullum optativi exemplum in Philodemi epigrammatis exstat. —

1) Kaelker, questiones de elocutione Polybiana, p. 231.

2) Mayser l. l. p. 331.

Aetate hellenistica imperativus optativi optantis vices persaepe obiit; velut in papyro Lugd. II p. 105, 33 imperativus cum optativo coniunctus exstat: *πᾶσα ἄλυσις ἀνοιχθήτω καὶ μηδείς με καταβιάσαιτο.* Novi Testamenti auctores optantis optativum multis locis cum imperativo mutaverunt [1]); Paulus solus optativum optantis magis dilexit: sunt 29 exempla (in his 14ies formula *μὴ γένοιτο*) [2]). — Philodemi tres loci mihi praesto sunt, quibus imperativum praetulit: de piet. col. 17, 15 *γενέσθω[ι δὴ] καὶ τὸ πᾶν σὺν τῇ τύχη⟨ι⟩* Rhet. I 219 XXXIX 1 *Ὑπακουέσθω δὲ τὰ τοῖς εἰρημένοις ἀντίστροφα* de poem. II p. 261 fr. 48, 14 *ἀποδειξάτω τίς ἐμαρτύρει.* Praeterea nullum novi locum, quo Philodemus optantis optativum fugerit: argumentum librorum nusquam alibi eius usurpandi facultatem praebet.

§ 2.

De optativo potentiali.

Philodemus optativum potentialem 269ies adhibet — inclusis 46 exemplis, quae exstant in apodosi enuntiati condicionalis — ut iudicium modestius proferat vel aliquam rem quibusdam condicionibus effici posse exprimat. Iam inquiramus, qualis sit optativi potentialis usus

1. in enuntiato pronuntiativo primario.

Reperiuntur 132 exempla [3]):

a) 42 optativi praesentis activi

de poem. II² p. 160 fr. I 5 *οὐ[κ] ἂν εἴης* de ira p. 132 XXXX 24 (Cobet, Mnemosyne n. s. VI; 383) *οὐκ ἂν οἷός τ' εἴηι* (sic papyrus. Gomperz: *εἴη*) *πᾶσαν ἐκφεύγειν, ἀλλά τινος ἐπιδεκτικὸς εἴη ἂν* (papyrus: *εινα*; Gomperz: *εἶναι*) *πάντως.* de mus. p. 52. 73, 13 *οὐ[δὲ] . . . οἷός τ' ἂν [εἴη]* Rhet. II 294

[1]) Blass, Grammatik des neutestamentl. Griechisch p. 215.

[2]) Moulton, Einleitung in d. Sprache des neuen Testaments p. 307.

[3]) Ne nimium discernam formas, quae inter se coniungendae sunt, afferam ea exempla, quae coniecturis restituta sunt, inter optativos integros; persaepe ipsa sententia vel lacunae spatium haud dubie indicat, quam formam auctor adhibuerit.

fr. XXIII 6 οὐδὲ . . . οἷός [τ' ἂ]ν εἴη Rhet. I 68 XXXVII 1 Καιρὸς δ' ἂν εἴ[η]. Rhet. II 268 XII a 21 λοιπὸν ἂν εἴη de poem. II p. 248 fr. 21, 11 ἢ δεινὸν ἂν εἴη de vit. X p. 13 VIII 21 χαλεπὸν γὰρ ἂν [εἴη] de deor. viv. rat. p. 129 fr. 65, 5 ἢ χαρίεν εἴη περὶ μηδενὸς τῶν ἀιδίων δε[ῖν] ἐπιζητεῖν. δε[ῖν] verbum Ric. Foerster substituit pro Scotti lectione δε[ῖ]. Croenertus (Kolotes u. Menedemus p. 92) post ἀιδίων inseruit ἂν particulam. Sed Philodemus hanc voculam ab optativo tam longe removere non solet nisi eo consilio, ut eam quibusdam vocibus adiungat, velut pronominibus interrogativis et indefinitis et particulis negativis. ἂν post χαρίεν addendum esse mihi videtur. de mus. p. 75 X 34 φι[λ]οσόφ[ῳ μέγ'] ἂν ὄνειδος [εἴη] ἐπ[ιφέρειν] de Stoicis XIII 16 (Croenert, Kolotes und Menedemos, p. 60) ῥητέον ἂν εἴη Rhet. I 12 VII 9 Τοῖς δ' ἡμε[τ]έροις μεμπτέον [ἂ]ν εἴη Rhet. II 88 fr. XV 1 καὶ οὐκ ἂν ε[ἴη] γραμματικώτερος de indic. 5, 32 καὶ [ο]ἱ ἐν Λιβύῃ θν[ητοὶ] ἂν εἴησαν . . . Rhet. II 261 VII a 23 εἴησαν δ' ἂν αὗται φύ[σ]εις . . . συνεργοῦσαι Rhet. I 118 XIX 35 τοῦτ[ο δ' ἂν φ]ανε[ροὶ] φράσιν [λέγ]οντε[ς εἶε]ν Rhet. II 54 LI 8 [ἂν φαί]η τὰ γεωμετρικὰ διδάξειν Rhet. II 52 XLIX 9 = I 318 XLIX 9 ἴσω[ς ἄ]ν [π]ως . . . εὐπορώιηι τῶν ἐπειγόντων de mus. p. 42. 49, 2 ἀλλ' αὔτ' ὁμολογῴην ⟨ἂν⟩ Rhet. II 169 fr. III 1 [Οὐ] γὰρ ἂν κατ' Ἀ[ν]αξα[γόραν φ]ήσαι τις . . . 4) [οὐδ' ἂν] κατὰ τὸ[ν] Χεῖον μητ . . . ὁμολογῴη (papyrus: ομολογων) τῷ μὴ [εἰδέ]ναι μηδ' αὐτὸ το[ῦτο]. μητ . . . litterae explendae sunt in Μητρᾶν, quae forma est abbreviata pro Μητρόδωρον (v. Wilamowitz, Hermes XXXIV p. 636) de piet. p. 88. 21, 15 εἰκ[ό]τως ἄν τις ἐπιφέροι τούτοις, ὅτι Rhet. I 201 XIX a 16 Διὸ . . . 18 τις λέγων οὐκ ἂν διαμαρτάνοι Rhet. II 67 fr. II 4 καὶ παραβάλλειν τοίνυν ἄν τις θέλοι de adul. I[2] p. 11 IX 2 συμβαίνοι ⟨ἂ⟩ν τοῦτον κολακεύειν Rhet. II 9. 7, 2 καὶ [γὰρ οὔ]τ[ως] . . . ἂν πείθοι Rhet. II 253 XLVIII 35 Τινὰ[ς δ'] ἂν ἡ ῥ[η]τορικὴ καὶ π[άνυ] βλάπτ[οι]. Rhet. II 11 XVIII 6 [οὐ]δὲ γὰρ κἂ[ν] κατασκευὰς [ἔχοι] (papyrus: κατασχεσασθαι) το[ῦ] τι [σα]φῶ[ς] γνῶναι de Epicuro p. 516 fr. III 3, 8 οὐκ ἂν οὖν ω . . . . . υκ . . . πρέποι de deor. viv. rat. p. 131 fr. 74, 7 οὐκ ἂν φθάνοι de morte IV p. 328 XX 28 οὐ[κ ἂν] φθάνοιμεν ἀδιαλείπτ (forsitan ἀδιαλείπτως) de morte IV p. 348

XXXVI 23 οὐ[κ] ἂν φθάνο[ι]μεν δὲ κ[αὶ π]ά[ντ]ας de poem. II p. 263 fr. 53, 5 οὐκ ἂν φθάνοιεν οὕτω ποήματα λέγοντες Rhet. II 268 XII a 14 Οὕτως γὰρ οὐκ ἂν φθάνοιμεν πᾶσι πάντα προσνέμοντες Rhet. I 59 XXXI 4 [τ]ὰ πλεῖστα τ[ῶν ἐν] τῷ βί[ω]ι τέχνας π[ροσαγορε]ύοντες οὐκ ἂν [φθάνοι]με[ν], καὶ τὴν [ἄσκησιν κ]αὶ [τ]α[ρ]ατήρη[σι]ν . . . οὐκ ἂν οὐ[δενὶ π]αραιτοίμε[ν δια]φε[ρ]ούσας (Sudhaus, Philol. LIII 10) Rhet. I 127 XXVII 13 τέχνη[ν] αὐτὴν λ[έ]γ[οι]μεν ⟨ἂν⟩ Rhet. II 12. 9, 7 μᾶλ[λον] τοῦτ' εἰδείημεν ⟨ἂν⟩ ἤδη καὶ . . . διαγινώσ[κ]οιμεν ἄν, Rhet. II 248 XLV 14 οὐκ ἂν μὰ [Δί' ἔχοιμ]εν ταῦτα λέγειν de vit. et mor. fr. IV 8 [σ]υ[νω]λείας [αἰτίαν ἀ]ν ἔ[χοιεν] de piet. p. 148. 28, 11 οὐδὲν ἂν πράττοιεν

b) 14 optativi praesentis medii.

Rhet. I 24 V 11 = Rhet. II 80 fr. III 8 Μὴ γὰρ ἀλλὰ κακῶς ἴσια[ιντ'] ἂν de indic. 23, 14 (Rh. M. LXIV 30) δυναίμην ἂν . . . δι[ι]σχ[υρίζεσ]θαι de poem. V, II² p. 195 XXXIV 20 οὐ[δ]ὲ γὰρ δύναιτ' ἂν = II² p. 206 VIII 14. Rhet. I 134 XXXI 17 [Οὐ] γὰρ . . . δύναιτ' [ἄ]ν, Rhet. II 48 XLVII 13 Ἀλλὰ διαλογίσασθαι μὲν [ἴ]σως δύναιτ' ἂν περί τινος τῶν τοιούτων οὐθενὸς χεῖρον τῶν ῥητόρων, δημηγορῆσαι δὲ φαντασίαν παρέχων ἀγαθοῦ ῥ[ήτορος] οὐκ ἂν [δ]ύν[αιτο] Rhet. II 43. 31, 3 μόνος ἂν δύναιτο . . . Rhet. I 383 CIX 6 καὶ τούτων [ο]ὐδὲ [ὁ] σοφὸς ἐπιστα[τεῖν δ]ύναιτο . . . ιον. Forsitan auctor scripserit: ἐπιστατεῖν ἂν δύναιτο βέλτιον de deor. viv. rat. p. 112 fr. 19, 20 δι[α]τηρῆσαι δυναίμεθ' [ἂν] ⟨τ⟩ὴν ἀφθαρσία[ν] de deor. viv. rat. p. 167. 11, 10 ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, . . . οὔτ' ἂν μένειν ο[ὔ]τε κινεῖσθαι δυναίμεθα Rhet. II 101 fr. V a [ἀ]ρνοῖτ' ἄν τις Rhet. II 24 XXX 14 αἵρεσις δὲ δ[υνάμεων] γίνοιτ' ἂν Rhet. I 378 CII 2 [φαίνο]ιτ' ἂν ὁ ῥήτω[ρ δεδ]έχθαι τὸν δημ[αγωγό]ν. Rhet. I 373 XCIV 10 Ἴσως γὰρ ἂν καὶ προσ[κόπτοιτο] παρὰ τῶι π[λήθει]

c) 4 praesentis passivi

de poem. IV, II² p. 155 VII 15 ἂν νομίζοιτο de dis I p. 231. 23, 19 ὁμοίως ἂν λέγοιτ[ο?] ΦΥ . . . ΠΑΘΗ Rhet. II 108 XXXII 7 πολλά τις ἂν βλάπτοιτο de mus. p. 88 XX 42 [παραλεί]ποιτο δ' ἂν βέλτιον

d) 4 aoristi activi.

de ira p. 144 XXXXIV 8 *οὐ δήλουθεν εἴπαιμ' ἄν* Neap: *ΙΠΑΙ. ΑΝ* Oxon: . . . *ΠΑΝΑΙ* Rhet. II 18. 14, 3 [*Τοι*]*γαρ*[*ο*]*ῦν ἂν εἴπαιμεν* Rhet. I 124 XXV 12 *Οὐ μὴ*[*ν ἀλλ'*] *ἐπ*[*ὶ*] *ταῖς πονο . . . ει . . . . πράγματ*[*α*] *εἴπ*[*αι*]*μεν . . . τέχνην αὐτ*[*ὴν ὑ*]*πάρ*[*χ*]*ειν* (vel *παρέχειν?*). post *εἴπαιμεν* excidisse videtur: *ἂν τὴν.* de morte IV p. 352 XXXIX 1 *καίτοι τὰ πάθ*[*η*] *π*[*άν*]*τα διαφέρειν οὐκ ἄν τις εἴπειε* Rhet. II 177 fr. III 1 *λόγων* [*ο*]*ὐ*[*κ*] *ἄν τ*[*ις τὸ δια*]*λεκτικὸν ε*[*ἴπειεν*] de divit. III² p. 91 IX 5 *ἀγαθὸν . . .* [*ἄ*]*ν τις εἴπειε* de poem. II p. 275 fr. 7, 19 *καὶ εἴπειεν ἄν τις* de poem. V, II² p. 178 XVII 21 *καὶ τὴν τάξ . . . διαν . . τειν ο*[*ὐ*]*κ ἄ*[*ν*] *ὠφέλιμόν* [*τι*]*ς εἴπειεν.* Apographum Oxoniense habet: *καὶ τὴν* (*ι*) *τάξιν διαφυλάττειν οκ . ν* etc. Rhet. II 24 XXX 11 [*φιλ*]*ομα*[*θὴ*]*ς ἂ*]*ν γέν⟨οι⟩το καὶ σοφὸς* [*καὶ εἴπ*]*ει⟨εν⟩* (vel potius: *εἴποι*) *αἱρέσει τὴν δύν*[*αμιν ἔ*]*χειν* de indic. XXIII 27 (Rh. M. LXIV 30) [*τάς τ' οὐ*]*σίας τῶν πυρῶν . . . τὸ* [*διαφόρων*] *ἂν ε*[*ἴπο*]*ις δυνάμεων* [*πολυχ*]*ρον*[*ί*]*ους ἢ ὀλιγοχρονίο*[*υς γι*]*νο*[*μένα*]*ς.* de mus. p. 104 XXXIII 17 *καὶ τὰς μὲν ὠφελεῖν ἄν τις εἴποι* de deor. viv. rat. p. 141. 1, 7 *διόπερ οὐ . δ . . των ε . ιη . . .* [*σο*]*φῶν φ*[*ί*]*λους ἄν τις εἴποι* de mus. p. 67 V 1 [*ἐπ*]*ονομάσθαι* [*φ*]*ήσει*[*εν*] *ἄν τις* Rhet. II 275 fr. X 2 *ἀλλὰ φήσει*[*εν ἄ*]*ν οὗτος* Rhet. II 169 fr. III 1 *Οὐ γὰρ ἂν κατ' Ἀ*[*ν*]*αξα*[*γόραν φ*]*ῆσαι τις* Rhet. I 28 VII 34 *καὶ* [*καθ' ἡμᾶς δ*]*ὲ φῆσ*[*αι τις ἂν*] Rhet. I 370 LXXXVIII 15 *προχειρό*[*τατο*]*ν ἂν δόξ*[*ει*]*εν εἶναι* de morte IV p. 345 XXXIII 37 [*π*]*άλιν δὴ σύγ*[*γ*]*νωστον ἄ*[*ν*] *δόξειε*[*ν*] *εἶναι* de poem. II p. 260 fr. 47, 2 *ὁ δ' Ἀ*[*ριστοκλεί*]*δης οὐχ ὁμο*[*ίως ἂν*] *δόξειεν αὐτ*[*οῖς ψεύ*]*δεσθαι* de oecon. p. 75 XXVII 36 [*πι*]*θανώτερος ἂν* [*εἶ*]*ναι δόξ*[*ει*]*εν ὁ . . . φήσ*[*ων*] Rhet. II 247 XLIV 7 [*οἱ δὲ*] *ῥή*[*τ*]*ορε*[*ς κατὰ τὸ ἀντίστρο*]*φον οὐκ ἄν τ*[*ινι δόξειεν*] *ῥητορικῆς δεῖσθαι*, — *δόξειεν* mendo typographico pro *δόξαιεν* scriptum est (cf. p. 10). de mus. p. 39. 42, 13 *Κυρήσειεν ἄν* de vit. et mor. LVIII 9 *Ἐπιστήσειε δ' ἄν τις* Rhet. I 47 XXII 2 *πάλιν* [*ἐγκα*]*λέσειεν* [scil *τις ἄν*], *ὅτι . . .* Rhet. I 193 XIIa 3 *τῇ γραμματικῇ μ*[*α*]*θεῖν ἄν τις ἐπιθυμή*[*σει*]*εν* de morte IV p. 336 XXVII 7 *πᾶς ἄν τ*[*ις*] *εὖ φρονῶν ὁμολογήσειεν.* de mus. p. 33. 29, 4 [*κ*]*αὶ καταφρονήσ*[*ε*]*ι*[*εν*

ἄν τις] τῶν φασκόντων. Rhet. II 255 II 9 [Τοῦ]τον γὰρ αὖ πορε[υόμε]νός τις [τὸ]ν τρόπ[ον ἀ]ξιώ[σειεν ἂν] Rhet. I 381 CVII 10 οὐδὲ ἂν ἐ[λε]ήσει[έ] τις α[ὐτ]όν Rhet. II 21 XXVI 9 [Ἀλλ'] οὐ[κ ἂν ἐ]πιτρέψειέ [τις] de deor. viv. rat. p. 133 fr. 78, 3 οὐκ ἄν [ποτε?] μέντοι θελήσειεν de deor. viv. rat. p. 128 fr. 62, 6 κἂν ἐκγελάσειε de dis I p. 230. 22, 37 παρακολουθεῖν θαυμάσειεν . . . οὐ γὰρ . . . ἐξετάζο[μ]εν. Scottius post παρακολουθεῖν inseruit ἂν particulam; equidem puto post θαυμάσειεν exstitisse ἄν τις. Praeterea legis duo frustula huiusmodi formarum: Rhet. II 170 fr. IV 8. ⟨οὐ⟩δεὶς ἂν ε — ξειε de eo qui bon. rex, fr. 13 d 5 (p. 16) των . . ειεν ἄν [τ]ις Rhet. I 43 XIX 10 οὐκ ἂν ῥαιδίως τις ἀθετῆσαι (Neap: αθε . ησει, Oxon: αθετησα .) Rhet. I 118 XIX 36 Ἀλλ' οὐκ ἄν, ο[ἶμ]αι, το[ύτων τολ]μῆσαι τις Rhet. II 247 XLIV 11 οὐδένα γὰρ ἄν τ[ις φ]ωράσαι Rhet. I 102 X 18 ι' ἐτῶν σχεδὸν τ[ρισ]χιλίων καταvοήσαιμεν ⟨ἂν⟩ de vit. et mor. XI 8 editio Neapolitana hunc praebet textum: σ[οφὸν μὲν ο]ὐκ ἄ[ν] θαυμάσ[ει] restituenda autem videtur forma θαυμάσαι vel θαυμάσειεν.

Minus certi duo sunt optativi: Rhet. II 63. 46, 8 κἂν [ἀνύ]πα[ρ]κτ[α εἴ]π[αι] καὶ κ[εν]οὺς [διώξειεν] ὕ[π]ν[ους] τῶ[ν παλ]α[ι]ῶν, de mus. p. 68 V 41 οὐκ [ἄ]ν τις ἀποδώη (papyrus: ἀπεδώη) Rhet. I 280 fr. XXIV 13 [Γ]νοίης δ' ἄν, ὃ λέγω de piet. p. 97. 67, 8 συγγνώη (sic papyrus, Gomperzius: συγγνοίη) τις [ἂν ἀ]πεχθημοσύνην Rhet. I 280 fr. XXV 12 θύρας οὐκ ἂν ἁμάρτοι Rhet. I 211 XXX a 8 Πάντας δὲ τοὺς ἐνόντας [ἐ]ξε[ύρο]ι τις [οὐκ] ἂν ἀπό . . . Rhet. I 113 XVI 32 ἑτ[έρας] προσ[εύροι]μ[εν] ἂν αὐτάς. Addere liceat: de poem. V, II ² p. 170 IX 1. Apographum Neapolitanum ostendit hunc textum: ν και αυτι . . . δεν αν ελατ . ω λαβει νεριδα; apographum Oxoniense meliorem habet lectionem: καὶ αὐτὸ[ς τ]ο[ῦ ἀλ]ογεῖν οὐδὲν ἂν ἐλάττω λάβοι μερίδα (ed. Duebner, Parisiis 1840).

e) 19 aoristi medii.

de mus. p. 110 XXXVIII 32 διατειναίμην ἂν δεόντως de mus. p. 33. 27, 12 ὑπερενήθεις [ἄν] τις ἡγ[ήσ]αιτο Rhet. I 47 XXI 23 ταύτῃ τις ἂν [μέ]μ[ψ]αιτο δε[ό]ντως Rhet. I 252 XIX 10

Τὴ[ν] γὰρ τοιαύτην ἀκαιρίαν . . . [μ]α[ν]ιεύσαιτ' ἂν Rhet. II 146 fr. III 18 ἕτερος δ' ἴσω[ς ἀγρ]οικότερος κἂν εὔξα[ιτο] Rhet. II 251 XLVII 23 πολλ[οὶ] γὰρ ἂν καὶ [το]ῦτο μιμήσαιντο Rhet. II 252 XLVII 31 [μιμ]ήσαι[ντ' ἂν] παραθέμενοι σοφιστι-[κοῦ βιβ]λίον de vit. et mor. VIII 20 ἔνιοι παρρησιάσαιντ' [ἄ]ν πρὸς αὐτόν. Rhet. I 268 XXXI 7 διόπερ οὐδ' αἰσχρὸς αὐτῷ γένοιτ' ἂν . . . ὁ θάνατος Rhet. II 91 fr. XIX 9 [καὶ] τὸ συν-όλον [τὸ πιθανὸν οὐ κ]αὶ συνηρτη[μένως οὕτως] . . . γένοιτ' ἂν Rhet. II 272 XVa 31 Οὐ μὴν ἀλλὰ γένοιτ' ἂν ἀγαθὸς ῥήτωρ καὶ πολειτικὸς Rhet. I 375 XCVIII 6 προσβλαβὴς ἂν γένοιτο [μ]ᾶλλον Rhet. II 24 XXX 11 [φιλ]ομα[θὴς ἄ]ν γέν⟨οι⟩το de mus. p. 98 XXVIII 36 οὐθ[εὶς ἂν] γένοιτο [ὅ]ς Rhet. II 30. 20, 7 ο[ὐδ]ὲ γὰρ ὅτου τις ἕνεκα . . . πολιτικὴν δύναμιν, ἕλοιτ' ἂν [ὁ σοφ]ὸς ἐκείνην. Rhet. II 146 fr. III 38 οὐδ' ἄ[γα]ν τὸν χρόνον [τὸν] ἐν τῶι ζῆν [ἕλ]οιτ' ἂν [τις ἐν τούτοις κατατίθεσθαι] Rhet. II 161 fr. XXIII 8 ἀπόλοιτ' ἂν de vit. X p. 9. 5, 31 [ἅ]μα δ' οὐδὲ διδάσκοι[τας] ἀνάσχο[ι]τ' ἄ[ν], de deor. viv. rat. p. 148. 4, 19 καὶ πᾶ[ν τ?]ὸ μά[λα?] χρή[σ]ιμον . . . αὐτοῖς [γ]ένοιτ' ἂν

f) 6 aoristi passivi.

de dis I p. 231. 23, 24 ῥηθείη δ' ἂν καὶ τὸ πᾶ[ν?] ὅσα φοβοῦνται με ά[λω]ς? διὰ τὸν περὶ θεῶν φόβον ἀνε[σ]τ[η]κέναι (?) suspicor: τὰ ἄτοπα ὅσα φοβοῦνται ματαίως . . . Rhet. I 141 XXXV 19 Δ[ιόπ]ερ παιδε[ί]αι χορεύσαντες [οὐκ] ἂν [ὑ]πονο[η]-θείησαν Rhet. II 7 XV 2 μὴ ὅ[τι τ]οῦτ' αὐ[τοί], πρός γ' οὓς κατεπαγγέλ[λεται, αὐτ]ῶι πώπ[οθ]' οὔ[τως πεισ]θείησαν ⟨ἄν⟩, . . . ἀλλὰ κἂν . . . λυ[μ]ανθείησαν ἄ[ν]. Rhet. II 9. 7, 14 οὐκ ἂν πει[σθεῖεν οὐδενί]. papyrus: πει . ω . . . . de piet. p. 89. 22, 8 κατ' ἐν[ί]ους δὲ κἂν ἐπ' αὐτὴν προτραπείη de vit. et mor. fr. LIV 8 καὶ θᾶττον ἂν [διαρ]ραγήσειαν.

2. In interrogatione directa

invenimus optativum potentialem 29ies.

a) 16 optativos praesentis activi

Rhet. I 109 XIV 24 [Π]ῶς δ' ἂν εἴ[η θιγ]εῖν τινος καὶ πικρό[τερον]; Rhet. II 23 XXIX 4 [Πῶς δ' ἂν εἴ]ηι πολιτικὸς

Rhet. I 262 XXVII 10 *καὶ πῶς Εὐριπίδει φιλόσοφος ἂν προσέχοι* Rhet. II 274 fr. III 1 *[Δημοσθέ]νην καὶ Ὑπε[ρείδην ἐμπρ]άκτους . . . πῶς ἂν λέγοι;* de poem. II p. 254 fr. 33, 18 *πῶς δ' ἂν διώκοι τις ἢ φεύγοι* de Stoicis XIII 4 *τί ἄν τις λέγων ἀτοπώτερον συνάπτοι;* Rhet. I 119 XX 24 *Καίτοι τί ἄν τις ἐπὶ [πλ]ε[ῖ]ον διατρίβ[οι];* Rhet. II 4. 3, 3 *τίς γὰρ ἂν . . . [ἀπὸ τ]ῶν φυσιολογία⟨ς⟩ [πείθοι];* de morte IV p. 322 XVI 4 *τίς δ' ἂν διαφόρως πρὸς τοῦτο κακ[ῶς ἔ]χοι* de deor. viv. rat. p. 170. 12, 23 *δι[ὰ] τί θεοῖς οὐκ ἂν παρεμπίπτοι* de deor. viv. rat. p. 176. 14, 19 *τί ἂν ἔτι μηκύνοιμεν, ἀλλ' οὐχὶ τὸν περὶ τῶν προχειρισθέ[ν]των λόγον ἀπ[οχρη]ματίζοιμεν,* de morte IV p. 324 XVII 12 *τί ἂ[ν ἐρωτ]ῷμεν,* Rhet. II 248 XLV 7 *τί δὲ μᾶλλον . . . πολι[τικ]οὺς [ἂν] γείνεσθαι λέγ[οιμεν];* Rhet. II 268 XII a 26 *Τὸν μὲν τοίνυν διατριβικὸν ῥήτορα πῶς ἂν λέγοιμεν . . . ἀγαθὸν ἂν γενέσθαι πολειτικόν*

b) 4 praesentis medii

de vit. et mor. fr. LXVIII 9 *πῶς οὐκ ἂν τῶν τοιούτων ποιοῖτο τὰς ὑπομν[ήσεις]* Rhet. II 7 XV 9 *[Ἔ]τι π[ῶς ἂν] . . . δύναιτο πείθειν . . .;* Rhet. II 7 XV 15 *Καὶ τίς ἂν διὰ ταυτὶ π[ίστιν] . . . [δύναιτο] τοῖς ἀ[ν]θρ[ώποις φέρει]ν;* Rhet. I 355 LXII 14 *ἢ τίς ἂ[ν τ]ὸ π[ρ]ότερον τοῦτ' ἀν[έχοιτ']*

c) 4 aoristi activi

Rhet. I 163 II 13 *καὶ π[ῶς πάλι]ν τις ἂν εἴπειεν* Rhet. II 109 fr. XVIII 7 *τί γὰρ [ἂν] ἐμπει⟨ρί⟩[αν φήσει]εν,* Rhet. II 282 fr. XII 2 *πῶς ἂν ἄλλον δ[ιδά]ξαι* Rhet. I 264 XXVIII 2 *Ἆρ' οὖν οὐχὶ διαβληθε[ὶ]ς ἀρετηφόρος ἀνὴρ . . . κἂν τιμωρίας, οὐκ ἐλέου καὶ τιμῆς τύχοι;*

d) 2 aoristi medii

de vesan. IX 5 (Croenert, Kolotes und Menedemos p. 108 [507]) *ἀλλὰ π[ῶς ἐ]κδέξαι[τ' ἄν τις].* Accedit unum exemplum coniectura restitutum: Rhet. II 20 XVI 1 *⟨Πότερον τοίνυν αὕτη⟩ [ἡ τέχ]νη μά[λιστ' ἂν προσδέ]ξα[ιτ]ο τὴν τῶ[ν πολιτικῶ]ν λόγων δύναμιν*

e) 3 aoristi passivi

de morte IV p. 343 XXXII 28 *τ[ίς δ' ο]ὐκ ἂν πεισθε[ί]η* de poem. II p. 253 fr. 32, 5 *οὐκ ο[ὖ]ν [τις ἂν . . . ἀπο]δεχθείη* Rhet. II 291 fr. XVI 7 *πῶς ἂν . . . δυνηθείησαν*

De enuntiatis secundariis.

1. In enuntiato relativo

occurrunt:

a) 5 optativi praesentis activi.

Rhet. I 145 XXIX 13 *περὶ ἃ τέχνην λέγει[ν] ἀποπληξία τις ἂν εἴη τελειοτάτη* Rhet. II 157 fr. XVII 1 *ὃ περ[ὶ τοὺς ῥή]τορας ἂν εἴη* Rhet. II 43 XLIII 12 *μέχρ[ι ὅσου] προτείνων [ο]ὔτ' ἂν ἐλλείποι τις οὔθ' ὑπερβαίνοι τοῦ προάξοντος . . .* de mus. p. 95 XXVI 5 *[κ]αθ' ὃ ποιηταὶ ταὐτ' εἰδεῖ[εν] ἄν* Huc pertinere videtur: de poem. II p. 240. 4, 13 *πά[λιν] δ' εἶναι ὃ δὴ — λα λέγ[ο]ιμεν [ἂν]*. forsitan: *ἃ δὴ καλὰ* etc.

b) 4 praesentis medii

de poem. II p. 250 fr. 24, 17 *ὃ γὰρ ἂν [φρά]σαι τις μὴ δύναιτο* Rhet. I 39 XV 28 *[ἐ]ξ [ἧ]ς τις ἂν προ[σβιβάζεσθ]αι [μάλιστα δύναιτο]* Rhet. I 149 V 3 *καθ' ὃν τρόπον αἰσθ[έ]σθαι τι δύναιντ' [ἂν]* Rhet. I 246 XIV 20 *λόγ[ου]ς, οἵου[ς οὐ]κ ἂ[ν] οἱ ῥήτορ[ε]ς δύνα[ιντ' ἀντεπάγε]ιν.* Restant duo exempla parum certa: Rhet. II 23 XXIX 10 *[λόγων, οἵους ἂ]ν σοφισ[τὴς ποιοῖτο]* Rhet. I 145 XXXIX 24 *κ[αθ' ἣν ἄν] τις ἔ[χε]ιν δύνα[ι]το πα[ρ]α[τ]ήρησιν.* Neap: *δυνατη . . δια*; Oxon: *υνατο πα*

c) 5 aoristi activi

Rhet. I 58 XXX 4 *[οἵαν] ἄν τις εἴποι τὴν . . . ἕξιν* Rhet. II 112 fr. 1, 6 *ὧν εἴπα[ι] τ[ις ἂν] τὴν ῥητορικὴν εἶ[ναι] τέχνην* Rhet. II 230 XXXI 32 *ὅσα τις ἂν τάχα καὶ γινόμε[ν]α συνεργήσ[ειν εἴπ]αι* Rhet. I 263 XXVII 29 *[ὃ τῶ]ν μαινομένων [οὐ]δεὶς ἂ[ν] εἴπειε[ν]* papyr.: *ειπειχε* Rhet. I 191 IX a 14 *ὧν εἰ[κ]αιολογωτέρους ἑτέρ[ους] οὐκ ἄν τις ἐπιδείξειε*

d) 1 optativus aoristi passivi, qui est assimulatus ad enuntiati primarii verbum: de mus. p. 98 XXVIII 36 *γένοιτο, [ὅ]ς οὐκ ἂν ἐκ[χυθεί]η γέλωτ[ι].*

Quibus cum enuntiatis relativis coniungenda sunt haec exempla:

Rhet. II 144 fr. 1, 5 *ὡσ[περεὶ] λωποδ[ύτῃ] δι[δοίη ἢ δού]λῳ ξίφ[ο]ς τις, ἅ[μ]α [δὲ] κελεύοι* [papyrus: *κελεύει*] *τύπ[τε]ι[ν τοὺς*

ἐγ]κειμένους καὶ μὴ [πρὸς] ἕνα τοῦτο ποιώιη[ι μό]νον, ἀλλὰ πᾶσιν [διδοίη] τοῖς λωποδύταις verisimillimum videtur auctorem non modo in uno enuntiati membro, sed in omnibus optativum posuisse. Rhet. I 318 XLIX 15 ὡς κἂν .... [φαίης] Rhet. I 376 XCVIII 16 καὶ καθάπερ οὗ[τος οὐ]κ ἂν [ἀξ]ι[ό]πιστος [εἴη] de deor. viv. rat. p. 170. 12, 11 ὡς καὶ δὴ φαίνοιτ' ἂν εὔλο[γ]ον, de vit. X p. 17 X 26 κ[α]θάπ[ερ] οὐκ ἂν ἀπεοικ⟨ότ⟩ως τινὰ πείσειεν Neap: απ..θοιεν Oxon: ναπεκειεν. Assimulationem modorum in enuntiato primario et secundario hoc loco habes: de poem. II p. 260. 47, 10 ἀλλ' οὕτως εἰπεῖν (δόξειεν ἂν scil), [ὡς] οὐ κἂν (vel potius: οὐκ ἂν) ἕτερος ἑρμη[νεύ]σειε, Rhet. II 35. 23, 9 ὡς κἂν αὐτοὶ φήσαιεν Rhet. II 234 XXXIV 25 [ὡς κἂ]ν ῥήτορας τοὺς περὶ [Δη]μοσθένην ... ἀξι[ώσαιμε]ν [εἰπεῖν.] Rhet. II 20 XXV 5 [ὡς ὁμ]οίω[ς] αὐ[τὸς μάθ]οι ἂν ὁ φυ[σικ]ὸς Rhet. II 22 XXVII 13 καὶ ὡς ἂν ... οἱ βουλευόμενο[ι πύθοιν]το καὶ μάθοιεν.

2. In enuntiato pronuntiativo secundario

haec sunt 8 exempla:

a) 4 optativi praesentis activi

Rhet. I 357 LXVI 7 ὅτι κα[ὶ ... ἔχ]οι [ἂ]ν ἐπιδεικνύειν Rhet. II 134 fr. V 9 ὅτι γε πολεμικὴν ἔχων ... οὐδεὶς ἂν ἔχοι τὴν ῥητορικήν, Rhet. II 8. 6, 9 ὡς ἄγων πείθο[ι] ἄν, Rhet. II 88 fr. XV 7 ὡς οὐκ ἂ[ν] οὕτως ἀναισχυντο[ῖ]μεν

b) 2 praesentis medii

Rhet. I 286 VII 7 Δῆλον ὅτι ... τις ... λέγων ... ἀπεργάζοιτ' ἂν τὸ χρήσιμον ... Rhet. II 21 XXVI 16 ὅτι [πο]λιτεύοιτ' ἂν (papyrus: λιτευσιταν)

c) 1 aoristi activi et 1 passivi

de ira p. 132 XXXX 16 φανερὸν ὡς οὐκ ἂν εἴπαιμεν de piet. p. 88. 21, 24 βλέπ[ε]ται δ' ὅτ[ι] ... οὐδὲ εἷς ἂν ἀδικ⟨ί⟩ας ἀπε[ι]ρχθείη.

3. In interrogatione indirecta

invenitur optativus potentialis 9ies:

a) 2 praesentis activi.

Ad enuntiati primarii verbum assimulatus est optativus

interrogationis obliquae: de morte IV p. 324 XVII 12 *τί ἄ[ν ἐρωτ]ῶιμεν, ὁπ[ηλί]κοι ποτ' [ὄντες ἐκπν]έοιεν ⟨ἂν⟩ ῥᾶ[ιον]*; Rhet. II 213 IX 21 *[πῶ]ς εὖ [τις ἂν] αὐξάν[οι τ]ὴ[ν δύν]αμιν* papyrus: *αὐταν . . . η*

b) 1 praesentis medii

Rhet. I 222 XLI a 6 *⟨π⟩ῶς ἂν δύναιντο*

c) 1 praesentis passivi

Rhet. II 18. 14, 7 . . . *πρὸς τίνος ἂν μάλισ[τ]α σώζο[ι]ντο,*

d) 2 aoristi activi

Rhet. II 205 III 15 *Π[ῶς] ἀληθῆ τα[ῦ]τ' ἄν τις εἴπειεν,* Rhet. II 14. 11, 7 *πῶς ἂν δόξαν [τινὰ γν]οί[η]* Neap: *δοτα.σι.δι.οι*

Ut incertum secerne:

Rhet. I 176 XVI 26 *[πῶς δ' ἄν τις ἐ]π[ιτύχοι]*

e) 2 aoristi medii

Rursus vides assimulationem modorum: Rhet. II 268 XII a 21 *λοιπὸν ἂν εἴη διαλαβεῖν ἐκεῖν[ο] τὸ μέρος, εἰ ὁ ῥήτωρ ἕνεκα τῆς ῥητορικῆς ἀγαθὸς ἂν γένοιτο πολειτικός.*

Accedit exemplum a Ric. Foerstero restitutum: de vit. et mor. fr. LXXII 6 *παραδείξει πῶς* (papyrus: *πόωι*) *κακῶς [ἂν χρή]σ[αιν]το* (papyrus: . . . . *ασ . . το*) *παντὸς στερόμενοι διὰ τὴν τοιαύτην διάθεσιν τ[ῇ] μετ[ὰ] παρρησία[ς ὁ]μιλίᾳ.*

Interrogationibus indirectis annumerandum esse videtur exemplum quod exstat Rhet. II 109 initio fr. XVIII; *[ἐκ] τίνων ἂν αὐλ[ητὴς ἀγ]αθὸς γίνοιτο.*

4. In enuntiato causali

haec habes exempla:

Rhet. I 47 XXI 30 *[ἐπ]ει[δ]ὴ δ' ἐπαινέσας [α]ὐ[τήν τις]* . . . *δόξα[ι ἂ]ν* Rhet. II 8. 6, 10 *ἐπειδὴ . . . οὐ καὶ π[ά]λ[ι] πεισθεῖεν ἂν αὐτ[ῷ].*

Praeterea Philippsonus (Rh. M. LXIV 22) hoc enuntiatum restituit: de indic. 5, 37 *[ἐπ]εὶ δὲ καὶ [το]ύτοις χρ[ῆ]σθαι κατὰ τὰ [πράγματα π]ειρασθείης ἂν* Neap: *νρ . σεφιναν* Oxon: *νρασεφιναν.* His addere liceat: Rhet. I 380 CIV 13 *ὃ συμβέβηκε [κ]αὶ τῷ τοῦ [ῥ]ήτορος, ὅ[τι] λόγος μέν, οὐ ῥ[ήτορος] δ' ε[ἶ]ναι λέγοι[τ] ἄν.*

5. In enuntiatis consecutivis

exstant

a) 3 optativi praesentis activi

de piet. p. 89. 22, 13 *ὥστε κ[α]ιρὸς ἂν ε[ἴ]η[ι]* de ira p. 138 XXXXII 34 *ὥστ' οὐκ ἂν εἴη περὶ ⟨τὸν⟩ αὐτὸν* Rhet. II 14. 11, 9 *ὥστε [ὑπόκ]ω[φοι] πάντες ἂ[ν] εἴησ[α]ν*, pap.: *ωησ . ν*

b) 1 aoristi activi

de piet. p. 85. 18, 5 *ὥστ' ἔγωγε κἂν τεθαρρηκότως εἴπαιμι*

c) 1 praesentis passivi

Rhet. II 159 fr. XX 17 *ὥστ' [ο]ὐδ' εὐεργετεῖν λέγοιντ' ἄν*,

d) 1 aoristi medii

Rhet. I 266 XXIX 34 *ὥστ' . . . [ἀ]ποδέξ[αιτ' ἂ]ν ἀδικῶν* [1]).

Semel optativus potentialis *ὡς* particulam sequi videtur: de vit. et mor. fr. LXXVIII 5 quo loco editio Neapolitana hunc praebet textum: *τηλικοῦτ' ὂν τὸ μέγεθ[ος, ὥς τις] τῶν [ἅμ'] ἡλικ[ωτῶν μὲν] γνῷ [ἄ]λλοις . . .* post *μέγεθ* lacuna minor est quam ut *ὥστε* suppleri possit; *ὡς* igitur praeferendum videtur; pro *μὲν* vocula quae supervacua videtur, substituendum est *ἄν*; cum post *γνωι* in apographo Neapolitano lacuna maior quam unius litterae appareat, suspicor exstitisse: *γνώιη*.

Pro *ἄλλοις* Ric. Foerster mavolt *πολλοῖς*, quia Philodemus hiatum fugere solet; idem monet scribendum esse *ὁμηλίκων* pro *[ἅμ'] ἡλικιωτῶν*.

Nonnulla exstant optativi potentialis exempla, quae cui enuntiati generi assignanda sint, dubitare possis:

de ira p. 138 XXXXII 16 *μυρίας τε συμφορὰς ἔχει . . . συνακολοθούσας, ὅ[τι μ]άλιστ' αὐτὰς θεωρῶν ὁ σοφὸς οὐκ ἂν ἐμπίπτοι [εἰς τὸ]* [2]) *ἐπιθυμεῖν τῆς κολάσεως καθάπερ ἀπολαυστοῦ*

---

[1]) Annotare liceat in enuntiato consecutivo praeter solitam dialecti *κοινῆς* structuram [*ὥστε* cum infinitivo] non ita raro inveniri constructionem *ὥστε* particulae cum indicativo coniunctae. Indicativi constructio in enuntiato consecutivo aetate hellenistica ita decreverat, ut a Diodoro non saepius quam 25 ies usurparetur, infinitivus autem 342 ies. Dionysius Halicarnasseus veteres scriptores secutus indicativum restituit: 113 ies ad 174 infinitivi exempla (Schroefel p. 55). Hoc modo Philodemus a dialecti *κοινῆς* sermone paulum discedere coepit.

[2]) Cobetus haec verba inseruit: Mnemosyne n. s. VI 384.

τινος. papyrus: *ο . αλισι'*; pro *ὅτι* particula, quam Gomperzius recepit, scribendum videtur *διό*, quod sensui melius convenit.

Orationis conexus nimis est interruptus his locis: de poem. V, II² p. 175 XIV 5 . *οσ οὐκ ἂν ἀρνησαίμ[ην?* vel *-εθα]*. de deor. viv. rat. p. 162. 9, 35 *[ἐ]πὶ τῶν ἄλλων τῶν κατ[φκ]ειωμένων . . . . γένοιτ' ἄν.* Editor Neapolitanus hanc sententiam audacius explevit: *[ἵνα μὴ ὁ φόβος, ὡς ἐ]πὶ τῶν ἄλλων τῶν κα[τασ]ειο[μέν]ων [αὐτῷ] γένοιτ' ἄν.* Equidem maxime dubito an non liceat Philodemo hanc enuntiati finalis structuram tribuere; persuasum habeo enuntiatum finale hoc loco non exstitisse, sed illum optativum esse habendum pro potentiali.

Huius quoque enuntiati initium miserrime est mulcatum: de deor. viv. rat. (Scott p. 167) XI 17 . . . *υ κατασμ[ικρύ?]νειν . . σεται καὶ τὰς κα . . . . [ο]ὐ δυσχερ[ῶς] ἂν ἡ φύσις φέροι σύγκριμα ν[οη]τὸν ἔχο[ν] πυκνότητα νοητήν.* Editio Neapolitana praebet hunc textum: *[Πῶς ο]ὐ κατασ[μικρύ]νειν [ἴ]σεται καὶ τὰς καθ[όδο]υς δ[υ]σχερ[εῖς], ἂν ἡ φύσις φέροι συγκρίματ[α καὶ συ]νεχ[εῖ]ς πυκνότητα[ς] εἰ[ς αὐ]τήν;* Quamquam Syrianus[1]) in protasi enuntiati condicionalis compluribus locis structuram *ἐὰν* particulae cum optativo coniunctae ostendit, tamen auctorem primi a. Chr. n. saeculi hanc constructionem usurpasse minime existimo[2]).

Dubito an in potentialium optativorum numerum referendum sit exemplum: de indic. 11, 15 (Rh. M. LXIV 26) *ο[ὐ] τούτου γ' ἀ[π]οροῦν[τος, ἆ]ρ' οὐ[χ' ὁ κα]τ' ἀνα[σκευὴν ἀναγ]κα[ῖος γέν]οιτο, [ὁ] κατὰ τὴ[ν ὁ]μοιότη[τα] τρό[πος τῆς] σημε[ιώσεως ἀνα]ιρεθήσεται.* Suspicor post *ἀναγκαῖος* inserendum esse *ἄν*. *γένοιτο* Ric. Foerster suo iure restituit pro *ἔσοιτο*, quod Philippsonus receperat.

Efficiuntur 269 optativi potentiales — inclusis 46 exemplis, quae exstant in apodosi enuntiati condicionalis —, per 100 igitur paginas editionis Teubnerianae occurrunt circiter 35—40 optativi. Qualis fuerit optativi potentialis usus in sermone vulgari, e chartis Aegyptiis et e Novo Testamento elucet: in

[1]) Hammer, Berliner philol. Wochenschrift 1894, 292.

[2]) Etiam apud Philostratum II haec structura semel exstat (in vita Apoll. 156, 13). Sed Iaekel (l. l. p. 68) *εἰ* pro *ἐὰν* scribendum esse iudicat.

illis inter 304 optativos 48ies tantum exstat optativus cum ἂν coniunctus (adiectis exemplis, quae in apodosi enuntiati condicionalis exstant (Harsing p. 29 et 52). Novi Testamenti scripta hunc optativum omnino non ostendunt nisi Lucae evangelium (quater) et Acta apostolorum (5ies. Moulton p. 260 et 312). Diodorus, Philodemi aequalis, per 100 paginas fere 6 optativos potentiales habet; Polybius 14; Dionysius, scriptor Ἀττικιστής, in Antiquitatibus circiter 20. Philodemus his aliquantum praecedit; respiciendum autem est eum in scriptis suis rhetoricis et philosophicis multo crebriorem habere occasionem optativi potentialis usurpandi quam illos in rebus gestis narrandis. Usus eius medium locum tenet inter Dionysii Antiquitates et scripta Rhetorica; in plerisque enuntiatis Philodemus numero exemplorum Dionysii Rhetoricis inferior est; in causali autem et consecutivo enuntiato plures habet optativos quam Dionysius, qui in enuntiato causali nullum optativi exemplum praebet, in consecutivo unum; Philodemus in enuntiato causali 4 exempla exhibet, in consecutivo 7. Non est negandum Philodemum, quamquam in universum dictionem artificiosam et elegantem non multum curat, optativi usum quodammodo augere. Tamen si accuratius animum attendes, observabis eum non summam operam in optativi usum colendum conferre. Saepenumero indicativum mavolt; praecipue circumscribit optativum indicativo futuri, qui eandem significationem accipere potest atque optativus; non modo in enuntiatis subsequentibus optativum potentialem et indicativum futuri ponit, ut dictionem variet, sed etiam permultis aliis locis indicativum futuri praefert. Ut exemplum afferam, in illo libro qui inscribitur περὶ σημείων καὶ σημειώσεων, invenies 9 optativos potentiales, fere triplicem numerum indicativi futuri; simili modo in ceteris scriptis futurum tempus auctor fovet. Rarius exhibet imperativum sensu potentiali praeditum. διδόναι verbi imperativum 7ies ita adhibet:

2 διδόσθω Rhet. II 122 fr. III 3; II 138 fr. VIII 2.
διδόσθω: de mus. p. 80. 15, 8; [δ]εδόσθ[ω] Rhet. I 168 VIII 5.
2 δεδόσθω Rhet. II 85 fr. XI 2; de mus. p. 32. 25, 7.

[μὴ] ἐπιδ[εδό]σ[θω δὲ] Rhet. I 168 VIII 7. — optativum huius verbi auctor semel volt: de mus. p. 68 V 41 οὐκ [ἄ]ν τις ἀποδοίη. — λεγέσθω imperativum 6ies pro ἄν τις λέγοι (vel

εἴποι) usurpat: de mus. p. 66 IV 6. de vit. et mor. fr. IV 7. Rhet. I 378 CII 5; 379 CIV 6; II 168 fr. I 4; II 267 XII a 3. Aliorum quoque verborum similia exempla offeruntur.

In universum iudicandum est Philodemum persaepe optativum, cum adhibere possit, spernere. Iam intellegimus multum abesse quin veterum scriptorum usum adaequet. Tamen compluribus locis optativum potentialem adhibet, quamquam ipso verbo (δύναμαι 20ies, δοκέω 6ies) expressit aliquam rem quibusdam condicionibus fieri posse vel esse incertam; non raro etiam optativum urbanitatis Atticae qui dicitur usurpat.

Ad volgarem sermonem id spectat, quod semel optativo potentiali μή particulam negativam adiunxit: de poem. II p. 250 fr. 24, 17 ὃ γὰρ ἂν [φρά]σαι τις μὴ δύναιτο. Neque Strabo neque Diodorus hoc modo a norma Attica recedunt. Gomperzius eandem structuram coniectura recepit: de ira p. 143 XXXXIII 11 [μ]ηδ᾽ ἂν [ἔτι τὸ] αὐτὸ προσ[αγο]ρεύ[οιμεν]. Sed cum lacuna complurium versuum haec verba sequatur, Gomperzii coniectura maxime dubia videtur.

Iam videamus, quas formulas Philodemus in optativis potentialibus formandis maxime amaverit:

χαλεπόν, δεινόν, λοιπὸν ἂν εἴη cum infinitivo.
3 καιρὸς ἂν εἴη vel εἴη[ι].
2 οἷός τ᾽ ἂν εἴη + 1 οὐκ ἂν οἷός τ᾽ εἴηι.
3 ἂν εἴησαν, 1 εἴησαν δ᾽ ἂν,
5 οὐκ ἂν φθάνοιμεν, 1 [οὐκ ἂν] φθάν[οι],
2 δύναιτ᾽ ἂν, 4 ἂν δύναιτο, 5 ἂν . . . δύναιτο,
2 δυναίμεθ᾽ ἂν, 1 ἂν δυναίμεθα,
3 ἂν δύναιντο, 1 ἂν . . . δύναιντο,
2 ἂν ἀνέχοιτο, 2 γίνοιντ᾽ ἂν diverso ordine,
5 ἂν γένοιτο, 2 γένοιτ᾽ ἂν,
3 ἄν τις εἴποι, 3 ἄν τις εἴπειε(ν), 1 ἄν . . . τις εἴπειεν,
1 ἄν . . . τις . . εἴπειεν, 1 εἴπειεν ἄν τις,
2 ἂν εἴπειεν, 3 ἂν εἴπαιμεν,
2 φήσειεν ἂν, 1 ἂν . . . φήσειεν,
4 ἂν δόξειεν. 2 μιμήσαιντ᾽ ἂν diverso ordine. 2 ἕλοιτ᾽ ἄν.

ἂν particula bis posita est: Rhet. I 207 XXVI a 10 κἂν ὑπὸ παιδὸς ἐλεγχθείης ἂν de morte IV p. 315 VIII 29 [κ]ἂν, εἴ τις . . . [ἀ]ξιώσηι . . ., οὐκ ἂν ἀπίθαν[ον λέγοι] (v. Arnim,

Rh. M. XLIII 365). Et optativo et infinitivo ex illo pendenti adest ἂν vocula: Rhet. II 268 XII a 26 Τὸν μὲν ... διατριβικὸν ῥήτορα πῶς ἂν λέγοιμεν ... ἀγαθὸν ἂν γενέσθαι πολειτικόν.

Contra stant complura exempla, quae illa vocula carent. Si praetermittimus eos locos mutilos, quibus ἂν in textus lacuna periisse verisimillimum videtur, pauca restant exempla. Nonnunquam ultima optativi syllaba causa fuisse videtur, cur ἂν particula exciderit; his igitur locis eam inserui:

Rhet. II 7 XV 2 μὴ ὅ[τι τ]οῦτ' αὐ[τοί], ... πώπ[οθ'] οὔ[τως πεισθ]είησαν ⟨ἄν⟩, ... ἀλλὰ ... λυ[μ]ανθείησαν ἄ[ν]. Rhet. I 102 X 18 τ' ἐπῶν σχεδὸν τ[ρισ]χιλίων κατανοήσαιμεν ⟨ἂν⟩ ετ ... το Rhet. I 127 XXVII 13 τέχνη[ν] αὐτὴν λ[έ]γ[οι]μεν ⟨ἂν⟩ οὐ μόνον Rhet. II 12. 9, 8 τοῦτ' εἰδείημεν ⟨ἂν⟩ ἤδη de morte IV p. 324 XVII 12 τί ἂν [ἐρωτ]ῷμεν, ὁπ[ηλί]κοι ποτ'[ὄντες ἐκπν]έοιεν ⟨ἂν⟩ ῥᾶ[ιον;] de dis. I 22, 37. Scottius (p. 230) praebet hanc scripturam: παρακολουθεῖν [ἂν?] θαυμάσειεν .. : οὐ γὰρ ... ἐξετάζομεν ... suspicor inserendum esse ἄν τις post θαυμάσειεν.

Simili de causa ἂν hoc loco excidisse videtur: de deor. viv. rat. p. 129 fr. 65, 10 ἢ χαρίεν ⟨ἂν⟩ εἴη (cf. p. 13).

Restant tria exempla:

de oecon. p. 51 XVII 20 οὐ κακῶς ⟨ἂν Iensen⟩ ἐπιτελῴη. Si transposueris: οὐ⟨κ ἂν⟩ κακῶς, concedes ἂν facilius excidere potuisse.

Rhet. I 383 CIX 6 legis: καὶ τού[τ]ων [ο]ὐδὲ [ὁ] σοφὸς ἐπιστα[τεῖν δ]ύναιτο .. ιον. Facile supplebis: ἐπιστατεῖν ἂν δύναιτο βέλτιον. de mus. p. 42. 49, 2 ἀλλ' αὔτ' ὁμολογῴην εἶναι φιλόσοφ ... [ο]ὐδὲν καταψευδόμ ... Explendum videtur: ὁμολογῴην ⟨ἂν⟩ εἶναι φιλόσοφ[ον τὸν ο]ὐδὲν καταψευδόμ[ενον].

In enuntiatis interrogativis et Philodemus et Strabo ἂν voculam particulis interrogativis plerumque adiungunt (nonnunquam interiectis voculis δέ, γάρ, οὐ). Strabo etiam particulis negativis eam saepissime adiungere solet; Philodemus autem eam satis crebro a negativis particulis distinet (30 %). In ceteris enuntiatis ἂν locum constantem non habet; saepius particulas, velut δὲ et γάρ, subsequitur; apud Philodemum ἂν eos activi optativos, qui in vocales exeunt, subsequi non solet. Strabo hac ratione hiatum fugere minus studet.

Commemorare liceat neque apud Philodemum neque apud Strabonem ullo loco optativum sensu concessivo praeditum offerri.

§ 3.

De optativo obliquo.

1. **In enuntiato pronuntiativo secundario** habes optativum obliquum bis post tempus secundarium:

1 optativum praesentis: de piet. p. 41. 90, 6 [*τὸ λ*]*όγιον ἐμή*[*νυσε*]*ν τὸ περὶ Θέ*[*τιδο*]*ς, ὡς χρε*[*ὼν*] *εἴ*[*η*]

1 aoristi: de vit. et mor. fr. LXXI 2 *θεωρήσας ὅ*[*τι κατ*]*ασκευαζόμενος* [*τ' ἀπα*]*ισχυνθείη,*

Ad enuntiata pronuntiativa secundaria pertinere videntur haec duo exempla:

de eo qui bon. rex p. 12 fr. 9, 8 *ται . . κα πρ . ε . . . . . α, διότι τῆ*[*ς .*]*ο*[*. .*]*ς μόνος ἀπολαύοι.* Rhet. I 232 II 12 *ἱστο*[*ρο*]*ῦντες δια*[*φέρ*]*ουσιν* (Neap: *διατην*; Oxon: *διατερουσιν*) *τῶν δε . . . . εα μη . εους* [*ὅ*]*τι* [*ἐπισ*]*τήμας λέγοι* [*τὸ*] *τῆς φ*[*ι*]*λοσοφίας χ*[*α*]*ρίεν εἴ*[*δένα*]*ι μετρίω*[*ς δύν*]*ασθαι.* Hoc loco Philodemus optativum obliquum tempori primario -- id quod veteres scriptores facere non solent — adiunxisse videtur.

Indicativum post tempora secundaria optativo 22 locis praetulit; atque plerosque horum indicativoram adhibuit post *ὅτι*, 6 post *διότι*; hanc coniunctionem — uno excepto loco — semper post vocalem usurpavit.

Philodemus, cum indicativum optativo longe anteponat, in dialecti *κοινῆς* consuetudine remanet.

In interrogatione indirecta auctor post tempus secundarium semper indicativum servat (14es).

In enuntiatis quoque relativis et causalibus optativum obliquum omnino non habet.

In **enuntiato temporali** optativum semel adhibet: de morte IV p. 349 XXXVII 2 *πρὶν ἢ δυνατὸν εἴη ταῦτ' ἀναμαχέσασθαι.* Adicere liceat *πρὶν ἢ* coniunctionem cum infinitivo coniungi: de eo qui bon. rex p. 16 fr. 14 c 13; eandem constructionem Mekler coniectura restituit in Academ. indice p. 95 XXVII 15. *πρὶν* particulam infinitivus sequitur: de eo qui bon. rex p. 53 XVIII 3; praeterea *πρὶν* legitur 3 locis: de piet. p. 29. 57 a, 9; de dis. I p. 228. 20, 13; fr. 15, 2 papyri 58 (Croenert, Rh. M. LVII p. 298); sed ea verba, quae ex *πρὶν* pendebant, interierunt.

In enuntiato finali

optativus semel occurrit: de piet. p. 31. 59, 16 *καὶ τὸν μηρὸν . . . [διη]ρέθη, ἵ[ν' ἐ]ν αὐτῷ τρέφοι τὸν Διόνυσον.* Coniunctivum post tempus secundarium Philodemus 6ies servavit.

Post tempus historicum verbi timendi nunquam invenies optativum; semel coniunctivum (de morte IV p. 330 XXII 8). Etiam post tempus historicum verbi curandi uno loco invenis coniunctivum (Rhet. I 337 XXX 5).

In enuntiato condicionali Philodemus optativum obliquum non exhibet nisi uno loco: de eo qui bon. rex p. 55 XIX 10; sed hoc exemplum, cum Homeri verba oratione indirecta reddat, ita transfert, ut pro Homeri forma 2. singularis tertiam singularis substituat.

Iam omnem optativi obliqui usum perlustravimus. Perpauca exstant exempla; in quibusdam enuntiatis auctor perraro habet occasionem optativi obliqui post tempus historicum usurpandi. In pronuntiativis autem et interrogativis et relativis enuntiatis, quamquam crebrius optativum adhibere potuit, tamen eum plerumque sprevit; atque hac ratione dialecti *κοινῆς* consuetudinem minime reliquit.

§ 4.

De optativo iterativo.

Haec reperis exempla: de mus. p. 83 XVII 28 *[ἅτι]να δὲ δὴ γράφοι . . ., ἅπ[α]ντα σχ[ε]δὸν διανοημά[τω]ν εἶναι καὶ ποητικ[ῆς χρ]ώματα* scil: *φήσομεν.* Rhet. II 29. 19, 10 *Ὅσον [γὰ]ρ καὶ παρὰ σοφοῦ γένοιτ', ἂν γίνηται καὶ παρ' ἄλ[λ]ων, οὐ [θαυμαστέον τ]ὸ μὴ θέλειν [διὰ τοῦτ]ον τοὺς πολλοὺς . . .*

Conspicuum est utrumque optativum non pertinere ad tempus historicum, sed ad primarium. Hac quoque ratione Philodemum a consuetudine Attica recedere vides.

Extra rationem manet unum exemplum (de eo qui bon. rex p. 27 III 34), quod est assumptum ex Iliadis B 215. — Ipsius argumenti natura secum fert ut auctor optativum iterativum, qui rem tempore praeterito iteratam significat, fere non adhibeat.

§ 5.

De enuntiato condicionali.

In enuntiato condicionali Philodemus optativum obliquum vel iterativum non adhibet.

Solita forma condicionis potentialis — *εἰ* c. opt. — opt. c. *ἄν* — 11ies reperitur:

1. Optativus praesentis activi quater occurrit in apodosi et in protasi:

Rhet. II 2 XI 12 *Εἰ γὰρ κ[αὶ μ]έθ[οδ]ος εἴη τοιαύτη τι[ς], ὅ γε λόγ[ο]ς ἥκιστ' ἂν εἴη κατὰ τὴν τοιαύτην μέθοδον* de morte IV p. 315 VIII 29 (v. Arnim, Rh. M. XLIII 365) *[κ]ἄν, εἴ τις . . . [ἀ]ξιώιηι . . ., οὐκ ἂν ἀπίθαν[ον λέγοι]* Rhet. I 153 IX 10 *[λ]έ[ξεις δὲ] καλὰς ἂν ἔχοιμεν, ε[ἰ μὴ] καὶ σπάνιον οὕτως [τὸ]ν καλὸν λόγον ἀπολείποιμεν* Rhet. II 8. 65 *Πῶς δ' ἂν ἀνα̣ . ιοιεν* (conicio: *ἀναπείθοιεν*), *εἰ μὴ πλή[θει] τὰ πρὸς τὴν φύσιν οἰκεῖ[α ἀπ]οδιδοίησαν*: papyrus: *ἀποδιδορησ* (superscr. *αν*)

2. in apodosi bis optativus praesentis medii, in protasi 2 optativi aoristi:

Rhet. II 17 XXIII 15 *οὔτ' εἰ το[ῦτό] τις ὑποτεθείηι γινώσκ[ει]ν, κἂν πείθειν δύναι[το].* Rhet. II 135 fr. V 16 *Εἰ μὴ τὴν ἀ[πά]την προεῖντο τ[οῦ ῥητ]ορεύειν ἐν[πράκτως, οὐδὲ] τοῖς ὅλοις ο[ἷοί τ' ἂν γ]ε[ί]νοιντο*

3. in apodosi 1 optativus praesentis passivi, in protasi 1 praesentis medii: Rhet. II 139 fr. IX 12 *ἢ κἀνοχλοίμεθ', εἴ τις προσφέρεσθαι βιάζοιτο;*

4. bis optativus aoristi activi in protasi et apodosi: Rhet. II 157 fr. XVI 5 *[ἀγα]θῶν τηλι[κούτων πῶ]ς ἄν τις εὐ[ποϱήσει]εν, εἰ μὴ φι[λ]ο[σοφίας κοιν]ωνῆσαι* Rhet. II 158 fr. XIX 6 *Εἰ γὰρ θελήσειέ τις ἅπαντ' . . . διασκοπεῖν, πολιτείαν ἂν εὕροι*

5. bis in apodosi optativus aoristi medii, in protasi 1 praesentis passivi, 1 aoristi activi:

Rhet. I 261 XXVI 2 *δέξαιτ' ἄν τις, εἰ . . ἀναγκά[ζ]οιτο . . ὑπομένειν* Rhet. II 271 XV a 16 *Καλὸν μὲν οὖν γένοιτ' ἄν, εἰ καὶ φιλοσοφίᾳ χορεύσειεν ὁ πολειτικός.*

Tribus locis dubium est utrum optativus an indicativus in protasi exstiterit:

Rhet. II 193 fr. II οὐκ ἂν — [ἀ]γανακτῶι[εν, εἰ φιλ]όσοφος περι[γίνοιτο] ῥήτορος Rhet. II 15 XXI 1 = Rhet. I 296 XXI 1 ῥητορ[ικῶς γ]ε [ο]ὐδ' ἂν π[εί]θοι δι[ὰ τοῦτο, ο]ὐδ' εἰ σφό[δρα] . . . [εἰδείη] Rhet. I 242 XI 26 Διόπερ οὐδ' ἄν τι[ς] εἴπαι . . ., εἰ καὶ [μ]ὴ ῥητ[ορεύοι].

Optativus in protasi, indicativus futuri in apodosi occurrit: Rhet. II 10 XVII 11 ἀλλ' εἰ πυνθάνοιτό τις . . ., . . . τίνες οὐ φήσουσιν;

Incertum est an hoc quoque enuntiatum in protasi optativum habuerit: de vit. et mor. fr. II 3 [εἰ δ' εἴπο]ι σοφὸς πρὸς τοὺς [κατ]ασκευαζομένους [ὡς οὐ ταὐ]τὸ τοῦτο χωρῇ[1]), [πῶς τολ]μήσουσιν . . .; εἰ δ' εἴποι verba ambigua sunt. Philodemus etiam scripsisse potest: ἂν δ' εἴπῃ vel εἰ δ' ἐρεῖ.

Uno loco invenimus infinitivum futuri in apodosi, cum in protasi exstet optativus: de mus. p. 9. 18, 7 εἴ τις συγκρίναι, . . . μεγάλην εὑρεθήσεσθαι τὴν διαφοράν. Fortasse Philodemus apud illum auctorem, cuius verba hoc loco profert, invenit structuram: εἰ c. opt. — indic. fut.

Dubito an Philodemus infinitivum futuri in hoc enuntiato adhibuerit: Rhet. II 21 XXVI 3 ἐπιδεικτέον, [εἰ ἐπαγέλλ]οιντο μελέ[την καὶ ἱστορίαν] οἱ τ[οιοῦτοι κεκτῆσθαι,] . . . [γενήσεσθαι] ῥή[τορ]ας πο[λιτικούς.]

In protasi auctor bis indicativum futuri pro optativo substituit: Rhet. II 251 XLVII 11 [εἰ] . . . 15 [ἀφαι]ρήσετ[αί τις] τὸ π[ολιτεύε]σθαι τῆς ῥητο[ρικῆς . . .], [οὐκ ἂν] φθάν[οι] . . . ἀφαιρούμενος Rhet. II 3. 2, 13 [Εἰ δ'] ἑαυτὸ[ν] ἀγαθ[ὸ]ν ῥή[τορα] φήσει . . ., [ο]ὐ καλῶς ἂν πε[ί]θοι.

Etiam indicativus praesentis et imperfecti in apodosi occurrit, cum in protasi exstet optativus:

---

[1]) χωρῇ corrigendum est in χωρεῖ.

1. indicativus praesentis in apodosi; in protasi

a) 6 optativi praesentis.

Rhet. II 285 fr. VII 8 [οὐ]κ ἄλλως τις εἶναι δύν[α]ται πολειτικός, εἰ μ[ὴ] ἀνδρεῖος εἴ[η] de morte IV p. 326 XIX 5 εἰ δυνατὸν εἴη β[αδί]ζειν, οἰκεῖόν ἐστιν, de poem. II p. 259 fr. 44, 19 οὐδὲ τὰ . . οἰκεῖα ῥήματα παραινεῖ λαμβάνειν . . ., εἰ τὰ μάλιστά τις ἐμφαίνοντα ἐκλέγοι Rhet. II 89 fr. XVI 9 ὁ [ἰ]οσ⟨ῶν⟩ [οὐθὲ]ν ἧττον ὑγιαίν[ει, τοῦ ἰατ]ροῦ τὰ π[ρο]στάγμ[ατα σολοικίζ]οντος . . ., ἢ εἰ προστάττοι ῥη[τορικῶ]ς Rhet. II 29. 19, 5 ἀλλ' οὐ[κ] αὐτοῖς ἐλάττωμα τοῦτ' ἐστιν, εἰ μή τις . . . [β]ούλοιτ[ο λ]έγειν . . . de vit. et mor. II 13 εἰ μὲν πυνθάν[οι]το, . . . φανερόν τι ζητεῖ. Praeterea invenis optativum ab editore coniectura receptum: de vit. et mor. VI 20 κἂν ὁ μὲν ἥκ[ισ]τα παρρησία[ς] ᾖ δεδειμένος, ὁ δ' ε[ἴη] ταύτῃ σε[σ]οσμένος (malo: σεσωσμένος), ὁ μὲν ἧττον, [ὁ δ]ὲ μᾶλλον προσάγει — sed pro εἴη haud dubie coniunctivus restituendus est: ὁ δ' ᾖ.

b) 2 optativi aoristi

de vit. et mor. fr. LXIII 3 παραπλήσιον γά[ρ] ἐστιν, ὥσ[πε]ρ εἴ [τ]ις [ἰα]τρὸς . . . μηδέπ[ο]τε πάλι κενώσαι τ[ο]ῦτον Rhet. I 44 XIX 25 οὐ [πιθανόν ἐστ]ιν, εἰ καὶ [χωρὶ]ς λόγου [γ]ν[οίη] τις = Rhet. II 78 fr. I 14 [οὐ] πιθαν[όν] ἐστ[ιν, εἰ καὶ χω]ρὶς λόγου γνοί[η τις]. Unum huiusmodi exemplum e Platonis Gorgia (450 E) exscriptum est: Rhet. II 3 XII 11.

2. Semel exstat indicativus imperfecti in apodosi, optativus in protasi: de mus. p. 68 V 31 καὶ βραχεῖά τις ἀπαρχὴ τοῦ γένους ἐγίνετο . . . καὶ τοῖς γαμοῦσιν, οὔ[χ]ὶ καὶ τοῖς ἄλ[λ]οις, εἰ δὴ καὶ γάμος ἁπλῶς ἀγαθὸν ἂν λέγοιτο. Hoc uno loco Philodemus optativo in protasi adicit ἂν particulam, quae inde a quarto saeculo saepius ita recipitur.

Optativus apparet etiam in his 3 enuntiatis, quae pro apodosi ostendunt verbum substantivum: de eo qui bon. rex p. 10 fr. 7 c 29 τὸ πάν[των], εἴπερ εἴη δυνατό[ν, φροντίζειν]. de mus. p. 109 XXXVII 19 οὐδὲ τὴν ἐξουσίαν τοῦ διὰ παντός, εἰ [β]ουλοίμεθα, μετέχειν de vit. et mor. fr. XXXII 4 ἔδ[οξεν ἐλθεῖν] ἐπὶ τήν, εἴ ποτε [γέ]νοι[το, ν]ουθέτησιν,

Adiungere liceat hoc exemplum: de Stoicis, col. XVIII 1 papyri 339: *θυμηδέσι[ν εἰ γένο]ι[το παρο]ρῶντες, ὅτι* = Col. IX 26 papyri 155 . . . *δ]έσιν εἰ γένοιτο παρορῶ[ντ]ες, ὅτι* (Crönert, Kolotes und Menedemos, p. 57).

Sequuntur ea enuntiata, quae in apodosi exhibent ellipsin verbi, in protasi optativum:

a) 5 optativi praesentis.

Rhet. I 235 VI 8 *πολὺ βέλτιον ἀφαιρεθῆναι τὸν πλοῦτον* . . ., *εἰ μὴ δυνατὸν ἄλλως εἴη φυλάττειν αὐτόν.* de oecon. p. 19 II 1 *[παντὶ γάρ, εἰ καὶ μὴ βαθυτέρα τις ὑ]πείη θε[ωρία, . . . πρόχει]ρον μανθάνειν* . . . Rhet. II 54 L 20 *⟨καὶ πολλὴν ταπείνω⟩σιν ἐποῖσον, εἰ πάντων ἐσχατεύοι. ἂν* particula potentialis offertur in apodosi sine verbo: de mus. p. 110 XXXVIII 17 *ἴσως δὲ [κἂ]ν καταγελώμενον, εἰ φιλόσοφος ποιοίη* (sic Kemkius; papyrus: *ποιώή*; exstitit igitur *ποιώιη*) Rhet. I 203 XXI a 27 *[ἀλλ' εἰ τὸ] κατὰ λόγον ἐξετάζειν βούλοι[τ]ό τις, τοῖ[ς] φιλοσόφοις* scil: *συνεκεχώρητο.*

b) 1 optativus aoristi.

Rhet. II 49. 35, 2 *τῷ μ[έν, ὅταν τι] προέληται συν[τ]ελε[ῖν, τάχ]α τὸ δύνασθαι παρέσ[ται;] τῷ δ', οὐδ' εἰ πρ[ο]έλοιτ[ο], μὴ πολὺν χρόνον συμπερ[ι]ενεχθέντι [τ]οῖς πολιτικοῖ[ς π]ράγμασιν.* Philodemus, sicut hoc loco, saepe futuri formam et optativum in succedentibus enuntiatis ponit.

Fortasse optativus etiam exstitit: Rhet. I 27 VII 10 *[Καὶ γ]ά[ρ, εἰ] μὲν τοῦτ[ό] τις [ἀρνηθείη, πρ]όχει[ρο]ν.*

8ies infinitivum in apodosi legimus, cum in protasi exstet optativus:

a) 4 optativi praesentis.

Rhet. I 242 XI 23 *εἰ μὲν ἀστεῖος εἴη, φίλον* scil: *λέγειν* de poem. II p. 228, 2 *μ[η]δὲ ἓν βλάπτειν, εἰ [κατ]ὰ τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ὁ ποη[τὴ]ς μὴ ἀποπίπτοι* de mus. p. 17. 29, 6 *εἰ μή τις ἐπιτηδεύοι, τὸν οἶνον ἐ[κκ]αλεῖ[σθα]ι.* de mus. p. 40. 45, 3 *μηδ' εἰ παι[δι]ᾶς ἕνεκα [μ]όνης ἢ μουσι[κὴ] παραλαμβάνοιτο, δεῖν ποιεῖσθαι ταύτ[ην] ὡς ἔτυχεν.*

Fortasse accedit: de mus. p. 96 XXVII 17 *ἀποχρῆν τοῖς . . . [π]ραγματε[υομέ]νοις, εἰ τὰ γινόμενά ποτε περιχρ[ί]σματα . . . ἐπιγ[ι]ν[ώ]σ[κοιτο].*

b) 4 aoristi

de vit. et mor. fr. XXV 10 *[χα]λεπὸ[ν] μὲν εἶναι το[ῦτο] διέφ[ην]εν, εἰ γε[ίν]αιτο* Rhet. I 10 VI 10 *ὥσ[περ τ]ὴν διαλεκτικὴν τέχνην ὑπάρχειν, οὐ μὴ[ν] ἀπε[ρ]γάζεσθαί [τ]ι καθ' ἑαυτήν, εἰ μ[ὴ] τοῖ[ς] ἠθικοῖς καὶ φ[υ]σικο[ῖς] συνδεθείη λόγ[οι]ς, . . .* 19 *οὕτω καὶ τὴ[ν] ῥητορικὴν τέχνην μὲν εἶναι, δρασ[τ]ήριον δ' οὐδαμῶ[ς] τῶν ἔργων, εἰ μὴ τοῖς πολιτικοῖς πράγμασ[ι]ν συμπλακείη* Rhet. I 71 XXXIX 27 *[Εἰ] . . . [μὴ φ]ανε[ίη, τῶ]ν ἀπ[ὸ] τέχν[ης μὲν οὐ]κ ε[ἶν]αι.*

Philodemus cum plerisque horum locorum de aliorum scriptorum verbis referat, forsitan quosdam optativos ab illis assumpserit; velut Rhet. II 176 fr. I 1 Platonis verba (Gorg. 486 A) ita profert, ut illius structuram: *εἰ* c. opt. — opt. c. *ἂν* commutet in formam: *εἰ* c. opt. — *ἂν* c. inf.

Iam proferam nonnullos optativos, qui inveniuntur in protasi enuntiatorum, quorum apodosis est mutila:

Rhet. I 15 fr. VII a 13 *ονα λιμη . . . σοιε . . . . . . εἰ προσεί[η τ]έχ[ν . . .* Rhet. II 152 fr. IX 7 *Τῶν δὲ [πε]νητ[ευόντων? εἴ] τις θέλοι συν . . .* de divit. III [2] p. 97 XV 26 *εἰ μεν η . . . . . ιάπτοι* de vit. et mor. II 6 *Εἰ δέ τις ἐπιζητώιηι, πότερον ὁ σοφὸς εὐεπιφορώτερός ἐσ[τιν]* . . . sequitur lacuna. De morte IV p. 335 XXVI 14 *εἰ μὲν φυ[γ]άδες γενόμενο[ι τε]λευτώ⟨ι⟩ημεν . . .* de ira. p. 101 XXVIIII 4 *εἰ γένοιτο σωτ[ηρία διὰ . . .* Rhet. II 11 XVIII 14 *εἴτε δὲ κα[ὶ ταὐτ]ὸν ἀεὶ τῶ[ι] φυσικῶι [τέλος δ]ο[θ]είηι.* Ad protasin enuntiati condicionalis pertinere videntur etiam haec frustula: Rhet. II 7. 6, 3 *εἰ μὴ αιτω . . δ . . οι . . . \ ιπε . . . . . . κα . . α . . \ οιεν.*

9ies optativum potentialem legis in apodosi enuntiatorum, quorum protasis exhibet: *ἐὰν* vel *ἂν* cum coniunctivo:

a) 5 optativos praesentis

Rhet. I 379 CIV 7 *κἂν πάνυ πειστικὸς ὁ λόγος [ᾖ, ὁ μ]ὴ . . . κα[τέχων π]άντω[ν] ἂν ἀχρηστότατος εἴη[ι]* Rhet. II 171 fr. VII 1

ἄ[ν μὲν ἐπί]σημοι τύχωσιν ὄν[τες] . . ., οὐ[δ'] ἂν ἑν⟨ὶ?⟩ πιστεύ[ο]ι τις de mus. p. 85 XVIII 24 [κἂν] ἀνιῇ καὶ [ἱ]λαροὺς π[οι]ῇ . . ., φιλίας . . . [οὐ]κ ἂν αἰτία[ν ν]ο[μίζοιμεν] Rhet. II 12. 9, 11 [κ]ἂν τοῦτ' [ε]ἰδ[ῶμεν] ἤδη, καὶ πείθειν ἕκασ[τον ἂν] δυναίμ[εθ]α Rhet. II 138 fr. IX 2 [Πότε]ρ' οὖν ἂν . . . . . ἐν πόνοις . . ὦ[μεν] ἰσχυροῖς . . ., δυναίμε[θ' ἄ]ν . . . πορίζε[σθαί] τιν' ἡδονή[ν] . . .;

b) 4 optativos aoristi

de vit. et mor. fr. XXII 9 ἀγάγοι δ' ἂν ἴσως [τ]ὸ [μ]ω-[μ]ωσ ἂν ῇ σπανιώτα[τον, ἐξου]σίαν. Suspicor: ὁ μῶμος, ἂν ῇ σπανιώτατος, νεανίαν Rhet. I 104 XI 24 ἃ κἄ[ν] . . . οὕτως ἐπ[ι-φέρη]ται, αὐ[τὸς ἀ]πιθαν[ώτατος ἂν γ]έ[νοι]το Rhet. II 288 fr. XII b 9 μάλιστα γὰρ ἂν οὕτως μεθοδικὸς ὁ τρόπος ἐπ[ενεχ]θείη (papyrus: επ . . ιερθειη) τῆς ἀντιρήσε[ως], ἐὰν . . . διαπο[ν]ώ-μεθα Rhet. II 7 XV 6 ἀλλὰ κἂν [πισ]τὴν εἰς τἄλλα πε[ρι]σπᾶ[ι] παράσ[τ]ασιν, λυ[μ]ανθείησαν ἄ[ν]. Optativus profecto exstitit etiam in apodosi huius enuntiati: Rhet. II 199 fr. XI 2 ἐὰν δὲ καὶ δύνη[ταί τις, ὅ] γε φιλόσοφος οὐκ ἂν ειν . . . . αι . μενον ἐπι . . .

Restat ut adiungam eam condicionis formam, quae in protasi praebet indicativum vel ellipsin verbi, in apodosi optativum potentialem. Haec structura in chartis Aegyptiis nisi ad certas locutiones efficiendas fere non invenitur; atque saeculis post Christum natum prorsus evanuit. Apud Philodemum in huiusmodi sententiis reperimus:

13 optativos praesentis, 8 aoristi.

Rhet. I 285 VI 7 [ὥσ]τ' εἰ τούτου [συγχ]ωρεῖ[ται] δυνατός, οὐ[δ' ἂν ὄ]χλωι ε[ἴ]ηι ἀρεστὸς . . . . τ . σιν κα . . . . χρῷτο πα[ραλ]ιπὼν τἀληθῆ ταῖς εἰκόσιν. Forsitan sit restituendum: ἀρεστὸς [οὐδὲ βελ]τ[ίο]σιν κἂν μάτην ἐνθυμήμασι χρῷτο etc. Rhet. II 85 X 14 εἰ δ' ἀ[λλως κατη]ξ⟨ι⟩οῦτο, καιρὸς ἂν . . . εἴη Rhet. II 129 fr. XVII 8 = II 94 fr. II 4 εἰ δ' Αἰσχ[ίνης] ἐχθρὸς ὢν μετ' ἄλλων πλε[ιόνων] καὶ λέξε[ως] θα[υμ]α[σι]ο[υργ]ίαν ὀνει-[δίζ]ε[ι, τ]ί ἂν εἴη τοῦτο de indic. 5, 34 ἐπεὶ τὰ παρ' [ἡ]μῖν ζῷα θνητά ἐ[σ]τιν, καὶ ε[ἴ τιν]α ἐν τῇ Π[ρε]ταννικῇ ζῷά ἐ[στι]ν, θνητὰ ἂν εἴη Neap: ΛΛΕΙΠ; Oxon: ΛΝΕΙΠ de indic. 2, 38

κα[ὶ εἴ] που κατ᾽ ἄλλους τόπους εἰσὶν ἄνθρωποι . . ., θνητοὶ [ἄ]ν εἴησαν de indic. 19, 19 ἔπει᾽ [εἰ ἀέρω]ν εἰσὶν [παρ]αλλαγαὶ καὶ τ[ρ]ο[φῶ]ν καὶ σ[υστά]σεων φυσικῶν ΠC. ΘΕΝCΤ . . . [ἄ]ν εἴησ[α]ν παρὰ [τ]αῦ[τ]ά τινες . . . . . ἐπιφερ[ό]μεναι διαφοράς Rhet. II 285 fr. VII 1 εἰ συμβάλλει τῶι πολιτι[κῶι] . . . δικαί[ωι] καὶ ἀνδρείωι εἶναι, καλῶς ἂν φρονώιη δίκα[ιος] ὤν de indic 8, 16 (Rh. M. LXIV 24) [εἴ] τις οὖ[ν εὖ χρῆται τῷ τ]ῆ[ς ὁμ]οιό[τητος] λόγω[ι, οὐκ ἂν παραπ]αίοι Rhet. I 163 II 8 ὡς καὶ τὴν [τῶν] κ[α]κορύθ[μω]ν ὀνομ[άτ]ων εὐ[θὺς ἂν] κ[ρί]νοιμ[εν, εἰ] καὶ . . . . . ea verba, quae sequuntur, maxime sunt dilacerata. Rhet. I 380 CV 8 εἰ δ[ὴ] τὰ ν[όμιμα Πε]ρικλῆ[ς] ῥα[ιδίως ἔπειθε]ν, οὐκ ἂν ἄλλ[ο]ς ἐ[ξῆς δημο]κοποῖτο, τὸ δ᾽ ἀπ[ὸ φιλοσ]οφίας οὐδ᾽ ἂν προσδ[έξ]αιτο, μᾶλλον δ᾽ οὐδ᾽ ἀν[έ]χοιτο δῆμος Rhet. I 21 II 26 εἰ [γ]ὰ[ρ τὸν] ἄτεχνον ὁ λόγος λαμβάνει τὸν οὐ διατριβικόν, . . . οὔτ[ε ἂν τὴν σο]φισ[τι]κὴ[ν εἰ]κῇ τ[άξ]αι τέχνην οὔ[τ]ε . . . . . de oecon. p. 6 I 17 εἴ γε σύνηθες ἦν . . ., οὐκ ἂν φθονήσαι τις, εἰ δὲ κατὰ τοῦ προλε[χ]θέν[τ]ος, οὐκ ἂν συ[γ]χωρ[ήσειεν] Rhet. I 120 XXI 5 ε[ἰ μ]ὴ κατεπ[ε]ίγεις, . . . παρα[γράψαι]μεν ἄ[ν] de mus. p. 98 XXIX 1 οὐδὲ [γ]ὰρ εἰ τραγωδῶν τις ἢ κωμωδοποιῶν, ταῦτ᾽ ἀνασχοίμεθ᾽ ἄν Rhet. I 207 XXVIa 7 Εἰ δὲ περὶ . . . ., κἂν ὑπὸ παιδὸς ἐλενχθείης ἄν. Eandem structuram esse restituendam censeo de ira p. 137 XXXXI 1 sqq. Auctor dixit ne sapientem quidem hominem semper ira abstinere posse; quaesivit, utrum ille, si senserit aliquem de industria ei nocere, hanc rem nullius momenti aestimaturus an ut infensam accepturus sit; deinde pergit: ἀδιάφορον μὲν οὖν φάναι βίαιον, εἰ δ᾽ ἀλλότριον, καὶ γινώσκει διότι κολασθεὶς ἀνασταλήσεται καὶ τοὺς ἄλλους ⟨οὐκ⟩ ἐ[κ]στήσει μανικῶς, οὐκ ἀ[π]έλθο[ι ἂν] καθ᾽ [ὅ]ν ἄγε τινὰ τρόπον δακών; Oxon: α . ελθοπ . . . Neap: ελθοιτ; Oxon et Neap: δακε . ν. Pro: καθ᾽ ὅν ἄγε τινὰ τρόπον Cobetus (Mnemosyne, n. s. VI p. 384) optime restituit: καθ᾽ ἕνα γέ τινα τρόπον; equidem censeo esse scribendum: κ[ε]ὶ γινώσκει . . . ., οὐκ ἂν ἕλοιτ᾽ αὐτὸν καθ᾽ ἕνα γέ τινα τρόπον δακεῖν. Dubium est an huc referendum sit Rhet. I 376 XCVIII 11 οὐκ ἄ[ν δύναιτο] παρακολουθεῖν, [εἰ καί] τις αὐτὸν ἐνάρκη[σε νο]εῖν παντάπασι δ[ιδ]α[κτ]ὴν τ[ὴν π]άντων [δύναμι]ν. Verbum enim ἐνάρκη[σε] haud dubie corruptum est.

Secerne etiam haec exempla ut incerta:

Rhet. II 188 fr. III 4 εἰ σεμν[ύνονται] κατὰ τοῦτο, κα[ὶ πολιτι]κὸς ἀνὴρ πᾶς ἄ[ν εἴη??] sequitur lacuna. Rhet. I 104 XI 34 Εἰ δέ γε τέχνη [ἡ] ῥη[τορικὴ συ]νε[ί]χ[ε]το, [τεχνικὸν ἂν εἴ]η καὶ μέρος [α]ὐτ[ῆς ἢ φλήνα]φος ἂν ὁ λόγος ἐγίνε[το] in priore quoque membro forma irrealis recipienda videtur: ἂν ἦν.

Age comprehendamus: Philodemus in enuntiato condicionali 80ies optativum adhibet (= 95 formas). Non mediocrem hunc usum appellabimus, si conferemus Dionysii Rhetorica, in quibus per paulo pauciores paginas optativus potentialis enuntiati condicionalis 62ies legitur. Tamen Philodemum cum Ἀττικιστῶν consuetudine minime congruere iam cognosces. Inter illa 80 exempla forma solita condicionis potentialis non saepius quam 11ies occurrit. Multo crebrius Dionysius eam habet: 49ies inter 160 exempla (omnium scriptorum). Strabo eam 23ies praebet inter 91 exempla. Philodemus igitur hanc ipsam formam, quam veteres scriptores maxime diligebant, neglexit. In communi sermone haec structura valde decrevit: Chartae Aegyptiae eam bis tantum habent (Harsing p. 38). Contra illa 11 Philodemi exempla stat 8ies: εἰ c. opt. — indic. praes., quae structura praecipue aetate hellenistica in consuetudinem venerat. Dionysius eam vituperat atque praeferendum censet indicativum futuri in apodosi [1]). Hanc autem constructionem (εἰ c. opt. — indic. fut.), quam Dionysius magni aestimat (42 exempla), Philodemus uno tantum loco usurpat. Accedit quod formam: εἰ c. ind. — opt. c. ἂν praefert solitae formae potentiali 17 : 11. Praeterea structuram: ἐὰν cum coniunctivo — opt. c. ἄν, quae Dionysio fere inusitata est (1 exemplum), non ita raro adhibet (10ies). Ex omnibus, quae protuli, intellegitur Philodemum multis modis a consuetudine Dionysii recedere.

Restat ut proferam ea optativi exempla quae exstant locis tam mutilis, ut orationis conexus vix restitui possit:

de piet. p. 13 fr. 41 a 12 εἴη . ν δεκα (εἴη ἂν δὲ καὶ??) Rhet. II 238 XXXVIII 3 ων δὲ του τη τις εἴη Rhet. I 381

[1]) ad Ammaeum II. XII 431, 17 sqq.

CVI 13 *πρὸς . . . τ . . . σε . . τις φαίη κυ* de adul. II² p. 92. 11, 13 *φαῖμεν* de dis I p. 211. 11, 2 . . . *τοῦτο φαῖμ[εν]* de dis I p. 207. 1, 19 *τις μυσας αὐτοῖς διδώη τι πα* . . . Rhet. II 108 fr. XVII 2 *ἐπαγγέλλοι ει . ν* Rhet. II 157 fr. XVI 4 *δύναιντ[ο] δὲ. πρὸς τοὺς* . . . I² p. 140 fr. XVI 7 *τα καριον ἀποτελοῖτο* Rhet. I 123 XXIV 4 *[σο]φ[ιστι]κ[ὴ] μ[ει]μήσα[ι]το* Rhet. II 121 fr. II 4 *εἰ μ — χηνει γένοιτ[ο] — μεταιτισκ* de mus. p. 24. 11, 1 . . . *[τ]ρέψειεν* de mus. p. 56 fr. 1, 2 *αἰσχυνθεῖεν.*

Philodemi consuetudinem explicavi. Intelleximus auctorem optativum potentialem usu recipere coepisse; in universum Dionysii Rhetoricis cedit, in condicionalibus autem enuntiatis et causalibus et consecutivis illa numero exemplorum superat; dubium igitur esse non potest quin in optativo potentiali usurpando a communi illorum temporum usu recesserit atque scriptores *Ἀττικιστὰς* secutus sit. Tamen non pauca eius consuetudinis sunt propria, quae ab illorum disciplina dissentiant; subtiliora igitur praecepta eorum minus curavit. Sicut Philodemus ita Dionysius quoque in scriptis Rhetoricis fere solum optativum potentialem coluit, reliquum usum neglexit. Ipsi igitur *Ἀττικισταὶ* initio optativo obliquo et iterativo minus tribuisse videntur; sed primo solum optativum potentialem restituerunt, quia hic modus praecipue orationem colore eleganti atque Attico imbuere iis videbatur; postea eo progressi sunt, ut omnem optativi usum augerent, velut Dionysius in Antiquitatibus, quas post Rhetorica scripsit. Ante omnia autem id fit conspicuum, quanta celeritate *Ἀττικιστῶν* ratio auctoritatem atque vim assecuta sit, cum Ciceronis aetate Philodemus, auctor dialecti *κοινῆς*, optativi usu eos imitatus sit. Ex iis scriptoribus, qui nobis traditi sunt, Philodemus primus optativum in usum revocare coepit.

De optativi in Strabonis Geographicis usu.

Utrum Strabo in Geographicis suis optativi usum restituerit necne, eo magis scire interest quod verisimillimum est Strabonem illa eodem tempore conscripsisse, quo Dionysius Halicarnaseus, auctor Ἀττικιστής, Romae veterum scriptorum Atticorum disciplinam aequalibus imitandam et aemulandam proponebat atque disciplinam suam ad summam auctoritatem evehebat. Nuper enim Ettore Pais [1]) demonstravit Strabonem Geographica non annis 18—19 p. Chr. n. — id quod Niesius [2]) contenderat —, sed 27—7 a. Chr. n. composuisse; postea (18—19 p. Chr. n.) eum, cum imperator Tiberius res Asiae, patriae eius, in novum ordinem redegisset, denuo librum suum percensuisse atque nonnullas res novissimas addidisse. Quae sententia non parvam habet vim; id quidem certissimum est Strabonem annis 18—19 p. Chr. n. plus octoginta annos natum tanti libri componendi laborem non suscepisse, sed multo antea orsum esse. Efficitur ut Strabo Geographica eodem fere tempore conscripserit atque Dionysius Antiquitates, quas Romae, quo anno a. Chr. n. 30 pervenerat, incipiebat. Iam videamus, qua ratione Strabo, dialecti κοινῆς auctor, hac ipsa aetate optativum usurpaverit. — Inveniuntur apud eum per 1418 paginas editionis Teubnerianae [3]) 670 optativi [4]), per 100 igitur paginas plus minusve 47, 3. Non inutile videtur aliorum scriptorum usum conferre; per 100 paginas occurrunt apud:

---

[1]) Intorno al tempo e al luogo in cui Strabone compose la Geografia. Torino 1890. — Ricerche storiche e geografiche sull' Italia antica. Torino 1908.

[2]) Hermes XIII p. 33 sqq.

[3]) Paginae editionis Meinekianae aliquanto plus textus continent quam paginae Diodori et Dionysii. Si illas ad eandem rationem redigis, quam Kapffius et Schroefelius in Diodori et Dionysii paginis reputandis respiciunt, habes 1418 Strabonis paginas.

[4]) Neglexi optativos horum locorum, quos editores ut interpolatos reiecerunt: lib. III p. 151 Casaub. (Kramer: vol. I p. 232 v. 19—22) et VI 276 (I 439, 7—10) singulos optativos potentiales; VIII 345 (II 121, 18) — 346 (122, 20) 4 optativos potentiales et duos in protasi enuntiati condicionalis; IX 415 (II 262, 26—264, 3) 5 optativos potentiales.

Xenophontem (Memor. I 1, 1—III 11, 17) [1]		330	optativi
Platonem (Phaed. et Crit. 43 a—49 a [1])		250	„
Polybium [2])		28, 5	„
Diodorum [1])		13, 1	„
Philodemum	circa	45	„
Dionysium [3])		58, 8	„
Philonem Alexandrinum [2])		46	„
Dionem Chrysostomum [4])		142, 6	„
Philostratum (in vita Apollonii) [5])		212, 8	„

Perlucide haec tabella illustrat optativi usum aetate hellenistica vehementer regressum, deinde primo a. Chr. n. saeculo, quo Ἀττικιστῶν disciplina efferebatur, rursus augeri coeptum. Apparet, si Diodori usum comparamus, Strabonem in numerum eorum scriptorum referendum esse, qui a consuetudine dialecti κοινῆς recedentes optativum reducere studebant. Etiamsi Dionysium numero exemplorum non adaequavit, tamen longe ultra Diodori atque etiam ultra Polybii usum progressus est. Sed omnes huius aetatis auctores quam maxime cedunt veteribus scriptoribus Atticis et Ἀττικισταῖς posteriorum temporum.

Iam perspiciamus

I. optativi formas.

Occurrunt

optativi	activi	medii	passivi	
praesentis	300	47	62	409
futuri	—	—	—	—
aoristi	177	57	27	261
perfecti	—	—	—	—
	477	104	89	670

[1]) Kapff p. 2.

[2]) Kapffius (p. 2) refert apud Polybium per 100 paginas occurrere 37 optativos, apud Philonem 66. Sed si Polybii et Philonis paginas eadem ratione reputas, qua Kapffius ipse Diodori paginas, ii numeri efficiuntur, quos supra notavi.

[3]) Schroefel p. 3.

[4]) Iaekel, De optativi apud Dionem Chrysostomum et Philostratos usu, Trebnitziae 1913, p. 1.

[5]) Iaekel, ibidem p. 43.

1. Numerus praesentis optativorum multo maior est quam aoristi: 409 : 261 = 1 : 0, 64. Haec ratio a consuetudine dialecti *κοινῆς* quodammodo dissentit; aetate enim hellenistica scriptores praesentis optativum rarius quam aoristi adhibere solebant. Chartae Aegyptiae, quo iuniores sunt, eo pauciores praebent praesentis optativos (neglectis verbi *εἶναι* formis); atque a quarto p. Chr. n. saeculo optativum praesentis iam omnino non exhibent [1]. Optativi praesentis ad aoristum hanc habent rationem

apud	Polybium	1 : 2, 5
	Diodorum	1 : 1, 75
	Philodemum	1 : 0, 78
	Dionysium	1 : 1, 77
	Philonem	1 : 2, 3.

Non mirum est quod Strabo, cum ipso Geographicorum argumento coactus plerumque tempore praesenti utatur, optativum praesentis saepius etiam tum adhibet, cum aoristi formas usurpare potest. Simili de causa Philodemus quoque optativum praesentis activi paulum praefert aoristo. — Scriptores *Ἀττικισταὶ* posteriorum temporum optativi praesentis usum augere student, velut Dio Chrysostomus, qui praesentis optativi ad aoristum praebet rationem 1 : 0, 82 [2] et Philostratus II (in vita Apollonii et in vitis sophistarum efficitur ratio 1 : 0, 78) [3].

2. Optativus futuri in codicibus bis nobis occurrit: X 482 (II 410, 14) *εἶπεν εἰδέναι διότι βασιλεύσοι.* Futuri autem optativus omnibus illorum temporum auctoribus inusitatissimus est; itaque Ric. Foerster summo iure censet scribendum esse *βασιλεύσει*, praesertim cum Strabo *διότι* particulae plerumque indicativum adiungat; adde quod semel — XIV 638 (III 101, 13) — indicativum futuri etiam cum *ὡς* particula coniungit, quamquam in universum post *ὡς* optativum mavolt (24 ies optativum pendentem e tempore praeterito, 8 ies indicativum). — Praeter illum locum optativus futuri occurrit etiam in enuntiato relativo finali VI 280 (I 447, 5) *ὅπου ἔσοιντο αἱ σύνοδοι.* Sed Strabonem hanc structuram, quae nusquam alibi apud eum invenitur, fortasse ex eo auctore, quem illo loco sequitur, assumpsisse Foerster monet.

[1] Harsing p. 20. [2] Iaekel, l. l. p. 4. [3] Iaekel p. 46.

Optativum perfecti Strabo eodem modo quo Dionysius et Diodorus semper circumscribit participio perfecti coniuncto cum *εἶναι* verbi optativo:

εἴη . . γεγονυῖα XIV 681 (III 173, 3). *εἶεν ἀπειρηκότες* XII 540 (II 516, 11). *εἴη διατεθρυλημένη* I 37 (I 56, 2). *εἴη εἰλημμένος* II 70 (I 109, 10); *ἀπηρτημένος εἴη* VII 295 (II 14, 4). *εἱμαρμένον εἴη* XIV 643 (III 109, 8). *συμπεριωδευμένα . . εἴη* XVII 821 (III 400, 3).

Praetermitto duos *οἶδα* verbi optativos — X 455 (II 354, 5) et XVII 817 (III 393, 24) —, quia habent sensum praesentis temporis.

3. Optativum medii Strabo raro pro rata parte usurpat: 104ies ad 477 activi optativos = 1 : 4, 6. Etiam minorem optativorum medii partem praebent chartae Aegyptiae[1]): 36 : 205 = 1 : 5, 7. Apud Polybium eandem fere rationem invenimus atque apud Strabonem 1 : 4, 5. Scriptores *Ἀττικισταὶ* medii usum aetate hellenistica imminutum rursus augent; velut Dionysius optativi medii et activi habet rationem 1 : 2, 2; atque etiam Philodemus (1 : 2, 6) et Diodorus (1 : 2) et praecipue Philo medio favent. Strabo hac in re haud dubie propius ad sermonem communem accedit quam illi. Plerumque adhibet medii optativos eorum verborum, quorum activum omnino non exstat (72ies inter 104 exempla), velut 21ies verbi *δέχομαι*, 22ies verbi *γίγνομαι*, 9ies *δύναμαι*. Raro medium mavolt, cum activo uti ei liceat:

ἀφορίσαιτο V 236 (I 374, 2). *καταμηνύοιτο* II 79 (I 121, 12). *πρεσβεύσαιντο* XVI 741 (III 270, 24). *προορῷτο* I 7 (I 12, 9). *στείλαιτο* XI 505 (II 450, 19). *ὑποτέμνοιτο* II 106 (I 160, 5). Tamen minime ignorat, quomodo activum et medium verbi *ποιέω* differat; scribit enim: II 71 (I 110, 19) *ποιοίη δὲ τρισμυρίων τὸ* (scil. *διάστημα*) VII 322 (II 59, 12) *οὐδὲν ἂν ποιοίη χρήσιμον* contra: II 66 (I 102, 17) *τὸν μερισμὸν ποιοῖτο . . .* XIII 598 (III 31, 5) *πιθανῶς ἂν . . . τὴν ἐγκέλευσιν . . . ποιοῖτο* V 228 (I 361, 10) *τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο* XV 785 (III 343, 13) *Ἀλέξανδρον ἄν τις ποιήσαιτο μάρτυρα* VII 293 (II 10, 8) *ποιήσαιντο στρατείαν* XI 504 (II 450, 17) *ἐφόδους ποιήσαιτο.*

Si non solum optativi medii, sed ceterorum quoque modorum

---

[1]) Harsing p. 21.

usum respexerimus, cognoscemus Strabonem eos non nimis reprimere: non saepius quam 24ies pro medio directo quod vocatur activum cum pronomine reflexivo copulatum substituit; crebrius medium dynamicum adhibet. Pro ἐγενόμην aoristo solum formas passivi ἐγενήθην plus semel recipit. Hae formae praecipue in papyris alterius a. Chr. n. saeculi usitatissimae sunt, in papyris primi a. Chr. n. saeculi decrescere videntur [1]. Polybius quoque et Diodorus eas exhibent; ne Ἀττικισταὶ quidem iis prorsus abstinent.

4. Optativus praesentis activi 6ies circumscribitur participio cum εἴη forma coniuncto:

3 εἴη λέγων X 456 (II 356, 2); X 475 (II 393, 15); XII 550 (II 533, 4).

2 ἄρκοῦσα εἴη II 97 (I 146, 26); XV 718 (III 231, 20); εἴη πίπτων II 115 (I 172, 8).

Hae formae ad Ἀττικιστῶν rationem spectare videntur; hi enim singulas formas participio circumscribentes orationi colorem elegantem et artificiosum reddere student (Schmid III 114).

5. E verbis contractis longe creberrime in -έω desinentia usurpantur, atque inter ea exstant permulta recentia verba denominativa. Sed etiam verba in -άω et -όω exeuntia Straboni non mediocriter usitata sunt. Optativi autem praesentis verborum contractorum aetate hellenistica valde obsoleverant. Polybius et Diodorus verborum in -άω et -όω desinentium nullum iam habent optativum praesentis activi, Dionysius perpaucos; chartae Aegyptiae, quas Harsingius perquisivit, exhibent -όω verbi unum praesentis activi optativum, -άω verbi nullum. Strabo verborum in -άω exeuntium optativo contracto 7ies antetulit optativum aoristi; semel adhibuit optativum praesentis: προορῷτο I 7 (I 12, 9).

-όω verborum hos praebet optativos contractos: κατορθοίη XIV 662 (III 142, 7); ἀξιοῖ XV 716 (III 228, 11). Sed dubium est an Strabo, cum hoc loco Onesicriti verba oratione indirecta exscribat, optativum ex illo assumpserit.

λοξοῖτο VI 267 (I 424, 14); ἀξιοῖντο XI 491 (II 428, 3).

---

[1]) Mayser, Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemaeerzeit, p. 379.

Longe praevalent formae -*έω* verborum:

-*οίης*: *διαιροίης* II 97 (I 147, 2).

-*οίη*: *ποιοίη* II 71 (I 110, 19); VII 322 (II 59, 12). *διαπορροίη* VII 298 (II 19, 1). *δοκοίη* I 55 (I 85, 1). *ἐπαινοίη* XV 715 (III 228, 4); *ἐπιθυμοίη* XV 715 (III 228, 4); *κινοίη* II 71 (I 110, 16); *ὑποτελοίη* XV 708 (III 217, 13);

II 110 (I 164, 17) Kramer pro indicativo *ἐπισκοπεῖ*, quem codices Paris. 1397 et Venetus 377 praebent (codicis Medic. 28, 5 scriptura est dubia) substituit optativum potentialem *ἐπισκοποῖ*; atque optativum potentialem revera exstitisse *ἄν* particula ostendit: *τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μὲν ἄν τις*. Sed cum nusquam apud Strabonem exitus -*οῖ* traditus sit nisi XV 716 (III 228, 11) — *ὡς ἂν ἀξιοῖ τις*, quae verba Strabo fortasse ex Onesicrito assumpsit —, existimo esse restituendum: *ἐπισκοποίη*. —

I 66 (I 102, 16) Kramer pro indicativo *ἐπινοεῖ*, quem codices exhibent, recepit optativum *ἐπινοοῖ*: *εἰ δ' ἐπινοεῖ μὲν μὴ τὴν οἰκουμένην, μέρους δέ τινος αὐτῆς τὸν μερισμὸν ποιοῖτο, τίνος ἄν τις μέρους τῆς οἰκουμένης μέρος εἶπε τὴν Ἀσίαν . . .*; Indicativum *ἐπινοεῖ* a Kramero iure remotum esse puto; sensus enim potentialem formam in utroque protasis membro poscit; sed pro -*οῖ* exitu, quem Strabo usurpare non solet, substituendum est -*οίη*: *ἐπινοοίη*.

3 -*έοι*: *δέοι* III 163 (I 254, 8), 2 *ῥέοι* II 84 (I 128, 11); IX 424 (II 282, 14);

9 -*οῖεν*: *οἰκοῖεν* II 115 (I 173, 11); XIII 622 (III 74, 8); *φρονοῖεν* XV 715 (III 228, 6); XVI 760 (III 303, 13); *διατελοῖεν* XV 715 (III 226, 29); *ὁμοροῖεν* II 100 (I 150, 9); *πολεμοῖεν* VI 279 (I 444, 24); *συγχωροῖεν* XV 695 (III 197, 10); *τελοῖεν* X 486 (II 417, 15);

4 -*έοιεν*: *πνέοιεν* III 144 (I 221, 1); *πλέοιεν* II 118 (I 177, 9); XIV 644 (III 111, 19); XVII 793 (III 357, 4);

4 -*οῖτο*: *ποιοῖτο* I 66 (I 102, 17); XIII 598 (III 31, 6); XV 719 (III 234, 11); *μιμοῖτο* I 17 (I 27, 8);

2 -*οῖντο*: *ἐπιμελοῖντο* XV 715 (III 226, 29); *σιτοῖντο* XVII; 829 (III 413, 9);

δέοιτο I 13 (I 20, 10); *δέοιντο* XVII 829 (III 413, 9);

Invenimus optativos contractos activi

in chartis Aegyptiis	5	inter	304	optativos	omnes	= 1 : 60, 8
apud Polybium	3	„	196	„	„	= 1 : 65, 3
Diodorum	3	„	254	„	„	= 1 : 85
Dionysium	23	„	1292	„	„	= 1 : 56, 2
Philodemum	12	„	340	„	„	= 1 : 28
Strabonem	21	„	670	„	„	= 1 : 32.

Strabo igitur et Philodemus minus quam ceteri auctores optativos contractos fugiunt, sicut in universum optativum praesentis crebrius quam illi usurpant. Differt autem Strabo a Philodemo eo, quod *-έω* verborum optativos diligenter secundum consuetudinem Atticam conformat.

6. Tertia singularis optativi aoristi I activi 8ies exit in *-αι* — 7ies ante consonantes, 1 ante vocales —; 54ies in *-ειε(ν)* — 28ies ante consonantes, 26ies ante vocales vel in enuntiati fine. — Una quae exstat forma secundae singularis desinit in terminationem quae dicitur Aeolica *-ειας*; contra tertia pluralis solum exitum *-αιεν* habet.

Exit tertia singularis apud

Polybium	20ies	in *-αι*,	18ies	in	*-ειε(ν)*	= 1 : 0, 9
Diodorum	29ies	„ *-αι*,	22ies	„	„	= 1 : 0, 75
Philodemum	13ies	„ *-αι*,	30ies	„	„	= 1 : 2, 3
Strabonem	8ies	„ *-αι*,	54ies	„	„	= 1 : 6, 7
Dionysium	4er	„ *-αι*,	143ies	„	„	= 1 : 36.

Tertia pluralis desinit apud

Polybium	23ies	in *-αιεν*,	1el	in	*-ειαν*
Diodorum	4er	„ „ ,	11ies	„	„
Philodemum	1el	„ „ ,	—		
Strabonem	7ies	„ „ ,	—		
Dionysium	4er	„ „ ,	26ies	„	„

Strabo cum tertiae singularis exitum Aeolicum multo magis diligat quam ceteri dialecti *κοινῆς* auctores, propius accedit ad *Ἀττικιστῶν* rationem; sed cum tertiae pluralis exitum Aeolicum prorsus contemnat, rursus ab ea discedit. Chartae Aegyptiae (Harsing p. 21) a. Chr. n. saeculis bis exitum *-αι*, semel *-ειεν* praebent, p. Chr. n. saeculis bis *-αι*, 8ies *-ειε(ν)*. Apparet illis temporibus, quibus *Ἀττικισταὶ* plurimum valebant, *-αι* terminationem formae Aeolicae cessisse.

7. *Φέρω* et *λέγω* verba iam apud scriptores Atticos inter formas aoristi secundi et primi fluctuabant. Apud Strabonem verbi *φέρω* optativus aoristi non occurrit. Alii modi crebrius formis aoristi primi, quas Dionysius quoque praefert, instructi sunt. Verbi *λέγω* Strabo semper aoristum secundum adhibet, cum in papyris aetatis Ptolemaicae et apud Polybium et Philodemum formae aoristi primi praevaleant. Non alienum videtur commemorare semel — XII 558 (II 547, 4) — formam aoristi primi *εὕρατο* (*εὕρετο* solus cod. Paris. 1393) occurrere, quae ad dialecti *κοινῆς* sermonem spectat.

8. Verborum in *-μι* exeuntium omnes optativi diligenter secundum morem Atticum formati sunt uno excepto, qui in *-ω* coniugationem transiit: *ὑπόθοιτο* VIII 351 (II 132, 26); sed Attici quoque scriptores et *Ἀττικισταὶ* huiusmodi formas usurpaverunt.

Prima pluralis apud Strabonem sicut apud Dionysium praebet exitum *-ημεν*: *ἀφείημεν* II 92 (I 139, 23); *προσδοίημεν* IV 193 (I 302, 8).

Omnes optativi tertiae pluralis desinunt in *-εῖεν*, qui exitus orationi Atticae usitatior erat quam *-είησαν*. Strabo hac quoque in re sermoni Attico propius accedit quam Philodemus, qui terminationem *-είησαν* praefert.

Ea quae de optativi formis dicenda videbantur, explicavi. Cognovimus Strabonem nullam formam usurpasse, quam Attici non habuerant, atque eum illas formas, quas *Ἀττικισταὶ* nolebant, valde coercuisse. Ab horum ratione eo distat, quod optativi aoristi I exitum *-ειαν* contempsit et medii formas minus coluit. —

Quibus expositis ad alteram disputationis partem transeamus, quae est de optativi syntaxi.

II. De optativi syntaxi.

§ 1.

De optativi optantis usu.

Optativus qui exprimit aliquam rem optari uno Geographicorum loco traditus est: XIV 658 (III 135, 19) *εὖ σοι εἴη*

Hanc autem formulam, quae occurrit in fabula quadam de Iaso oppido relata, a Strabone cum tota illa narratiuncula ex alio auctore exscriptam esse puto.

X 465 (II 372, 5) Casaubonus pro codicum scriptura *διαδοὺς* restituit optativum optantis: *ἀλλὰ μὴν σύ γε, ὦ φίλε Πολύβιε, . . . διδοῖς εὐθύνας*. Verbi in *-μι* exeuntis Strabo nusquam alibi praebet secundam personam optativi, sed verbi contracti unum exhibet exemplum: *διαιροίης* II 97 (I 147, 2). Itaque Strabonem hoc loco *διδοίης*, non *διδοῖς* scripsisse puto; etiam tertia singularis verborum contractorum semper (uno exemplo excepto, cf. p. 42) praebet exitum longiorem *-οίη*, non *-οῖ*.

Nonnullos invenies locos, quibus Strabo more hellenistico imperativum maluit:

I 56 (I 86, 5) *ἰδίᾳ τε πρὸς αὐτὸν λεγέτω, καὶ μὴ ἐξ ἑτοίμου λαμβανέτω* . . II 88 (I 133, 6) *νοείσθω, πῶς . . ταῦτα λέγει* II 88 (I 133, 8) *καὶ . . παρορῶν ὑπεχέτω λόγον* II 135 (I 206, 9) *ὁ . . . βουλόμενος καὶ ταῦτα μαθεῖν . . . παρ᾽ ἐκείνου λαμβανέτω* X 463 (II 369, 9) *ἐκεῖνοι δὲ λεγέτωσαν, πῶς . . .* X 468 (II 377, 19) *μὴ . . . διαβαλλέσθω τὸ πρᾶγμα, ἀλλ᾽ ἡ . . . φύσις ἐξεταζέσθω.*

Hac ratione Strabo sicut Diodorus in dialecti *κοινῆς* consuetudine perstat. Dionysius autem optantis optativum in usum revocare studet (sunt 19 exempla).

Neque Strabo neque Diodorus neque Philodemus pro optativo optantis formam potentialem *βουλοίμην ἂν* usurpaverunt.

§ 2.

De optativo potentiali.

1. In enuntiato pronuntiativo primario

legitur optativus potentialis 208ies.

a) 86 optativi praesentis activi

X 444 (II 331, 1) et XII 566 (II 562, 1) *οἰκεῖον ἂν εἴη* VII 289 (II 1, 12) et IX 390 (II 211, 10) et XIII 623 (III 75, 4) *ἐφεξῆς ἂν εἴη* X 456 (II 356, 1) *οὐ γὰρ τοῦτ᾽ ἂν εἴη λέγων* X 475 (II 393, 15) *πλειόνων ἂν εἴη λέγων τὸν κύκλον* XII 550 (II 533, 4) *εἴη γὰρ ἂν λέγων τὴν . . . οἰκισθεῖσαν* II 115

(I 172, 8) εἴη ἂν . . . ἐνταῦθά που πίπτων ὁ . . . . κύκλος II 75 (I 115, 13) εἴη ἂν τὸ διάστημα τοῦτο XI 507 (II 454, 10) ὁ δ' εἴσπλους . . μικρῷ πλειόνων ἂν εἴη XV 689 (III 187, 10) εἴη δ' ἄν τι σταδίων ἑξακισχιλίων II 85 (I 129, 9) Τετάρτη δ' ἂν εἴη σφραγὶς XI 492 (II 428, 20) Δεύτερον δ' ἂν εἴη μέρος I 63 (I 98, 6) τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ περὶ τὴν Ἰέρνην II 95 (I 143, 20) οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὸν ἔλεγχον II 107 (I 161, 13) πολὺ ἂν εἴη ἀγνωστότερα τὰ . . ἀρκτικώτερα II 113 (I 169, 18) πλέον ἂν εἴη τὸ λοιπόν III 165 (I 257, 9) παραδείγματ' ἂν εἴη VII 295 (II 14, 9) συγχέοντος ἂν εἴη τὰς ἠπείρους VIII 340 (II 109, 18) οὐδ' ἂν μέρος εἴη τῆς Ἤλιδος τὸ Βουπράσιον VIII 351 (II 132, 22) τῷ . . . πλέοντι οὗτος ἂν ὁ πλοῦς εἴη XI 522 (II 482, 14) προσάρκτια ἂν εἴη τὰ ἔθνη ταῦτα XVI 746 (III 278, 25) τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ II 72 (I 111, 8) εἶεν ἂν λοιποὶ II 74 (I 114, 11) μόλις γὰρ ἂν ταὐτοκλινεῖς εἶεν II 106 (I 159, 10) τοσοῦτοι γὰρ ἂν εἶεν II 114 (I 170, 24) εἶεν ἂν οἱ πάντες . . . ὀκτακισχίλιοι VII 322 (II 60, 3) τετρακισχίλιοι ἂν εἶεν στάδιοι XV 703 (III 210, 15) τάχα τοιαῦταί τινες εἶεν ἂν δυνάμεις = Epitome Palatina XV 20. II 105 (I 158, 8) et XII 551 (II 535, 17) et XIII 596 (III 28, 4) φαίη τις ἂν in parenthesi. — V 210 (I 332, 8) τετράπλευρον φαίη τις ἂν τὸ σχῆμα VI 273 (I 434, 19) κἂν ἀμείνω τις φαίη X 464 (II 371, 6) Ἴσως δή τις ἂν φαίη I 30 (I 45, 17) codices exhibent textum corruptum: ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ λίαν ἢ γνώριμα ὄντα φαίη δόξειν (in cod. Paris. 1397 supra scriptum est: τις μὴ) ἄξια μνήμης εἶναι, Kramer Strabonis verba hunc in modum restituenda censet: . . . τὰ λίαν γνώριμα ὄντα φημὶ δόξαι μὴ ἄξια . . .; probabilius autem Coraes et Meinekius coniecisse videntur: . . . φαίη τις ἂν δόξαι μὴ ἄξια I 62 (I 95, 8) οὐ μόνον Αἰθιοπία ἔχοι ἂν τὸν . . . νότον II 95 (I 143, 12) τοῦτον (scil. τὸν λόγον) ἂν ἔχοι τὸ . . . διάστημα X 480 (II 407, 4) ἀποχρώντως ἂν ἔχοι XIII 692 (III 91, 11) οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι τέλος ἡ περιήγησις XV 695 III 198, 1) ἔχοι δ' ἄν τινα λόγον· XV 698 (III 187, 7) ἔχοι τις ἂν βεβαιοτέρως εἰπεῖν XIV 679 (III 170, 14) οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν XVII 839 (III 430, 11) οὐδ' ἂν ἔχοιμεν λέγειν τοὺς ὅρους II 117 (I 176, 14) οἱ νῦν ἄμεινον ἔχοιεν ἄν τι λέγειν I 16 (I 25, 23) τοῦτο μὲν δὴ ὀρθῶς ἂν λέγοις I 33 (I 50, 10) Ταῦτα . . λέγοι ἄν τις πρὸς τὸν

Ἀρίσταρχον II 84 (I 128, 22) *οὐδὲ . . . ἀπηναγκάσθαι λέγοι ἂν* X 467 (II 377, 14) *ἄμεινον δ' ἂν λέγοι τις* XIII 592 (III 21, 12) *λέγοι δ' ἄν τις καὶ τέταρτον εἶδος* XVII 798 (III 364, 8) *τῆς . . . πόλεως ταύτας ἄν τις λέγοι τὰς ἀρετάς* I 54 (I 82, 17) *τὴν Σικελίαν . . . ἀπορρῶγα τῆς Ἰταλίας εἰκάζοι τις ἄν* III 149 (I 229, 20) *εἰκάζοι ἄν τις ἀκούοντα . . . παρονομάσαι* XII 564 (II 558, 7) *τὰ ἔθνη ταῦτα Θρᾴκιά τις εἰκάζοι ἄν* III 171 (I 267, 8) *στήλαις ἀπεικάζοι τις ἄν* II 84 (I 127, 17) *ὁλοσχερεστέρας πρέποι ἂν ποιεῖσθαι τὰς τομάς* II 84 (I 128, 21) *ἥκιστα ἂν πρέποι* XI 531 (II 500, 9) *ὡς ἐν κεφαλαίῳ πρέποι ἂν . . . λεχθεὶς* (*ὁ λόγος* scil.) II 90 (I 136, 6) *τοσῷδε μᾶλλον τοῦτ' ἂν συμβαίνοι* IV 180 (I 281, 8) *οὔτ' . . ἔτι τούτοις συμβαίνοι ἂν . . . τοσαύτη σπουδή* V 210 (I 332, 6) *τὸ δὲ λοιπὸν . . . ἄλλην ἂν ὑπογράφοι πλευράν* XIII 592 (III 21, 16) *πλείους ἂν ὑπογράφοι διαφορὰς πολιτειῶν* VIII 388 (II 206, 18) *οὐκ ἂν προσήκοι μακρολογεῖν* IX 421 (II 275, 7) *οὔτ⟨ε τούτοις ἂν προσ⟩ήκοι . . .* litterae uncis inclusae a Kramero apte restitutae sunt. XVII 836 (III 425, 10) *πίπτοι δ' ἂν* (scil. *ὁ παράλληλος*) *τῇ μὲν καθ' ἡρώων πόλιν . .,* I 36 (I 54, 9) *μάλιστα γὰρ ἂν προσπίπτοι τὸ ῥηθὲν ὑφ' Ἡροδότου* I 36 (I 55, 10) *ἄλλως γὰρ ἂν τὸν χειμάρρουν ἀκούοι τις διιπετῆ* I 44 (I 66, 22) *μᾶλλον γὰρ ⟨ἂν⟩ ἐφαρμόττοι* I 65 (I 101, 9) *τῆς αὐτῆς ἐπιτιμήσεως ἂν τυγχάνοι* II 111 (I 167, 4) *οὕτω δ' ἂν εὑρίσκοι* = Epitome Palatina II 14. IV 193 (I 302, 3) *τοῦ ἡμίσους ὀλίγον ἂν ὑπερβάλλοι* XI 520 (II 479, 10) *οὐ πολύ τε ἂν διαφέροι* XI 522 (II 482, 19) *εἰκότως οὖν . . . νότια ἂν ἀποφαίνοι* XVI 742 (III 272, 12) *Ὁ . . Τίγρις . . . ἧττον ἂν πλημμύροι* II 97 (I 147, 2) *ἀρκούντως ἂν εἰς πέντε* (scil. *μέρη*) *διαιροίης* II 110 (I 164, 16) *τάχα δ' ἐπισκοποίη μὲν ἄν τι;* codices exhibent *ἐπισκοπεῖ*; optativum a Strabone scriptum esse ex *ἂν* particula manifestum fit (cf. p. 43). VII 298 (II 19, 1) *τοιαῦτα . . . ἄν τις διαποροίη* III 157 (I 244, 11) *οὐ δὴ θαυμάζοι τις ἂν* III 158 (I 245, 3) *Τῆς δὲ . . . πλάνης . . . νομίζοι τις ἂν αἴτιον* I 11 (I 17, 21) *διαγωγὴν δ' . . . πορίζοι ἂν* IV 200 (I 314, 18) *ἑνὸς τάγματος χρήζοι ἂν . . .* VI 267 (I 424, 15) *βλέποι δὲ ἂν ἅμα πρός τε τὴν ἕω καὶ πρὸς τὸν νότον* IX 439 (II 317, 16) *καὶ μᾶλλον ἐλέγχοι ἀτόπως ἂν λεγόμενον τὸ . . .* I 9 (I 15, 5) *βέλτιον γὰρ*

ἂν διαχειρίζοιεν ἕκαστα XV 695 (III 197, 10) *Τοῦτο δ' οἱ . . . περὶ Ἀριστόβουλον οὐκ ἂν συγχωροῖεν.*

Praeterea epitome Vaticana in frgm. 58 extremi libri septimi praebet optativum *ἂν ἀποφαίνοι* (Kramer II 91, 22) *τοὺς γὰρ ἐφεξῆς τούτων ἐκτὸς ἂν . . . καθιδρυμένους ἀποφαίνοι.* Cum illa excerpta rarissime a Strabonis verbis recedant neque usquam aliena addant, hunc optativum esse Strabonis verisimillimum videtur.

b) 13 praesentis medii

I 13 (I 20, 17) *οὐδὲ γὰρ ἂν . . ψέγειν δύναιτο καλῶς* I 63 (I 97, 17) *σχολῇ γ' ἂν . . . ἀληθεύειν δύναιτο* VII 305 (II 30, 19) *δύναιτο δ' ἂν ζευχθῆναι* II 88 (I 133, 11) *οὔτε γὰρ . . . γεωμετρική τις δύναιτ' ἂν ἀπόδειξις* I 5 (I 8, 19) *δύναιτ' ἄν τις . . . ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὠκεανῷ* X 474 (II 391, 23) *εὐπορώτερον ἄν τις δύναιτο εἰκάζειν* (*ἂν τι δοῦναι το* Venetus 640, *ἀντιδοῦναι το* Medic. 28, 5 et Paris. 1393) III 149 (I 230, 7) *αἰνίττοιτό τις ἂν* XI 519 (II 477, 21) *γίνοιτ' ἂν τὸ σχῆμα προσόμοιον* II 79 (I 121, 11) *ἐκφανέστερον ἂν τὸ φιλότιμον καταμηνύοιτο* I 13 (I 20, 10) *οὐκ ἂν δέοιτο τῆς πραγματείας ταύτης* XIII 598 (III 31, 4) *πιθανῶς ἂν . . τὴν ἐγκέλευσιν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιοῖτο* (*ποιεῖτο* Vatican. 1329) II 74 (I 114, 10) *σχολῇ γ' ἂν παραβάλλοιντο τοῖς κατὰ Βορυσθένη* IV 200 (I 314, 19) *εἰς ἴσον δὲ καθίσταιτ' ἂν τὸ ἀνάλωμα . . . τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν.* In codicibus legitur: *καθίστατο πᾶν τὸ . .* Sed tempus imperfectum sensui repugnat, cum sumptus nondum facti sint. Accedit quod in antecedenti enuntiato respondet optativus potentialis. Itaque Kramer haud dubie recte optativum *καθίσταιτο* recepit.

c) 28 praesentis passivi

I 22 (I 32, 24) *τοῦτο γὰρ οἰκείως ἂν λέγοιτο περὶ αὐτοῦ* VIII 350 (II 131, 21) *ὁ . . . ἀπόπλους . . οὕτως ἂν οἰκείως λέγοιτο* IV 186 (I 290, 19) *δικαιότερον δ' ἂν καὶ τῆς ἄλλης Κελτικῆς λέγοιτο* (scil. *ἐπίνειον*) I 50 (I 77, 17) *Πρὸς δὲ τὸν Στράτωνα λέγοιτ' ἂν* I 65 (I 101, 2) *ὁ λόγος . . . λέγοιτ' ἂν κατὰ τοὺς μαθηματικούς* VI 266 (I 424, 1) *ἡ Πελωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν* XI 499 (II 441, 9) *Καυκάσια καὶ αὐτὰ λέγοιτ' ἂν*

VII 298 (II 19, 4) ἥκιστα λέγοιτ᾽ ἄν X 462 (II 368, 13) περὶ Ἀκαρνάνων ταῦτα λέγοιτ᾽ ἄν V 248 (I 394, 15) Τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ᾽ ἂν VII 321 (II 58, 18) νομίζοιτ᾽ ἂν σημεῖον XII 572 (II 573, 21) Τήλεφος . . ἀφῖχθαι νομίζοιτ᾽ ἄν I 9 (I 15, 15) τὰ ἐγγυτέρω μᾶλλον ἂν γνωρίζοιτο II 120 (I 181, 7) αἱ δ᾽ ἄλλαι ῥαδίως γνωρίζοιντ᾽ ἄν II 85 (I 129, 29) οὕτω γὰρ ἂν ἄμεινον ὑπογράφοιτο τὸ . . . μέγεθος XIV 678 (III 169, 14) ὁ . . . μεσημβρινὸς διὰ τῆς . . . Ἀρμενίας γράφοιτ᾽ ἂν I 38 (I 58, 3) ἀπιθάνως εἰσάγοιτο ἂν I 44 (I 68, 2) ἀπολύοιτ᾽ ἂν τῆς αἰτίας ὁ Καλλίμαχος II 89 (I 135, 24) ἡ ἀνισότης συγκρύπτοιτ᾽ ἂν μᾶλλον XIII 608 (III 50, 15) οὐδ᾽ ἡ . . . διαδοχὴ σώζοιτ᾽ ἄν XIV 677 (III 167, 6) τὸ μὲν . . ἐλέγχοιτ᾽ ἂν ψεῦδος ὄν II 84 (I 128, 23) οὐ μὴν πω ἂν ἐξισάζοιτο VI 267 (I 424, 14) ἱκανῶς ἂν καὐτὴ λοξοῖτο (δόξοιτο codd.) XI 491 (II 428, 3) οὐδ᾽ ἂν λόγου ἀξιοῖντο IX 406 (II 244, 2) οὐκέτ᾽ ἂν προσαγορεύοιντο ἐτύμως I 42 (I 64, 17) οἱ δὲ πλάττοντες . . . ἧττον ἂν πιστεύοιντο V 228 (I 360, 25) κατοικίαι τοιαῦται κῶμαι μᾶλλον ἢ πόλεις ἐξετάζοιντ᾽ ἄν II 111 (I 165, 24) διορίζοιντο δ᾽ ἂν αἱ ζῶναι κύκλοις

d) 58 aoristi activi

X 466 (II 375, 11) οὐδ᾽ ἂν αὐτὸς ὀκνήσαιμ᾽ ἂν εἰπεῖν XIII 586 (III 11, 10) οὐδ᾽ ἂν ἡμεῖς ἀτόπως περιοδεύσαιμεν I 41 (I 63, 2) ἄριστα δ᾽ ἂν δόξειεν εἰπεῖν I 62 (I 96, 12) ἀλλοτριολογεῖν ἂν δόξειεν II 90 (I 136, 18) καταμετρεῖν ⟨ἂν⟩ (codd. δὴ) δόξειε II 98 (I 147, 24) ἄλλη τις (ἀνομολογία scil.) ἀνακύπτειν ἂν δόξειεν XII 552 (II 537, 23) συνηγορεῖν δ᾽ ἂν δόξειε II 83 (I 126, 25) τελέως ἂν δόξειε καταγινώσκειν II 90 (I 136, 20) πολὺ μᾶλλον ἂν δόξειε πλημμελεῖν IV 201 (I 315, 17) ἱκανῶς ⟨ἂν⟩ δόξειε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι II 112 (I 168, 10) οὐδὲν ἂν διαφέρειν δόξειεν III 168 (I 262, 29) οὐδεμιᾶς ἂν ἀπολείπεσθαι δόξειε IX 431 (II 296, 1) οὐδὲ γὰρ συστρατεύειν ἂν . . . δόξειεν VIII 340 (II 109, 16) οὐ τὴν Ἠλείαν δόξειεν ἂν . . . διαιρεῖν II 79 (I 121, 7) ἀγνωμονεῖν δὴ δόξειεν ἂν III 146 (I 224, 6) μάλιστα . . . ἄν τις . . θαυμάσειε τὸ . . . XIII 628 (III 84, 6) ἔτι δ᾽ ἄν τις μᾶλλον θαυμάσειε τῶν κτισάντων VII 322 (II 58, 27) μάλιστα δ᾽ ἄν τις Ἡσιόδῳ πιστεύσειεν XI 507 (II 455, 18) ῥᾷον δ᾽ ἄν τις Ἡσιόδῳ . . . πιστεύσειεν II 89 (I 135, 18)

μᾶλλον ἄν τις συγχωρήσειεν I 10 (I 16, 4) *ἄμεινον γὰρ ἂν θηρεύσειέ τις* II 72 (I 111, 27) *οὐκ ἂν ἔλαττον ποιήσειε διάστημα* III 171 (I 266, 24) *οὐκ ἂν ἀπιστήσαι τις* V 210 (I 331, 3) *εἰκάσαι δ' ἄν τις* I 51 (I 77, 25) *ἐξαρθὲν . . ἐπικλύσαι ἂν* VI 271 (I 431, 1) *οὐδ' οὕτως ἂν συμμεῖναι γλυκύ* I 16 (I 25, 20) *προεκπίπτοντος ἄν τις θείη* IV 181 (I 281, 21) *οὐκ ἐλάχιστον ἄν τις θείη τεκμήριον* XII 564 (II 558, 11) *μέσην ἄν τις θείη . . . τὴν Μυσίαν* XII 566 (II 561, 6) *τόδ' ἄν τις . . . . μαρτύριον θείη* III 164 (I 255, 17) *τῆς δὲ βαρβαρικῆς ἰδέας . . τὸν κόσμον θείη τις ἄν* VI 284 (I 453, 22) *τέταρτον δὲ* (*λόγον* scil.) *θείη τις ἂν* XV 719 (III 234, 2) *προσθείη δ' ἄν τις* VIII 365 (II 162, 4) *τὰ μὲν πολλὰ παρείη τις ἄν* (*παρίη* optimus cod. Paris. 1397; *παρίοι* Med. 28, 5) I 50 (I 77, 11) et XII 553 (II 539, 7) *δοίη τις ἄν* XV 724 (III 242, 9) et XVII 793 (III 357, 2) *γνοίη δ' ἄν τις* I 30 (I 46, 1) *γνοίης δ' ἂν οὕτως* I 9 (I 15, 13) *μόλις γὰρ ⟨ἂν⟩ . . . συμβαίη* XIV 674 (III 162, 7) *οὐ πολλοὺς . . ἂν ἔξω φοιτῶντας ἴδοις* XVII 828 (III 411, 17) *σπάνιόν τε ἂν ἴδοις* VI 285 (I 455, 5) *οὐδὲν ἂν παραλίποιμεν* III 145 (I 222, 14) *τὴν παράλιον ἐνάμιλλον εὕροι τις ἂν* IV 183 (I 285, 14) *εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα* XII 552 (II 537, 18) *μᾶλλον εὕροι τις ἂν μαρτυρίας* XVII 790 (III 353, 17) *ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν* IV 188 (I 294, 14) *εὕροι γὰρ ἄν τις* I 63 (I 98, 6) *εὕροι ἂν οἰκήσιμον ἄλλως πως* X 471 (II 387, 3) *ἔτι δ' ἄν τις καὶ ταῦτα περὶ τῶν δαιμόνων τούτων.* Forma verbi in codicibus excidit; cod. Medic. 28, 5 et duo deteriores codices exhibent *εὕροι*, ut videtur, coniectura additum. Fortasse *λέγοι*, ut Kramer coniecit, vel *εἴποι* a Strabone scriptum est.

XIII 628 (III 84, 24) *λάβοι τις ἂν καὶ ἐκ . . .* III 151 (I 232, 10) et VIII 340 (II 110, 9) *ὑπολάβοι δ' ἄν τις* XIII 620 (III 70, 25) *μάλιστα δ' ἂν . . . ὑπολάβοι τις ὀρθῶς* II 74 (I 114, 10) *εὐκρατοτέρους ἂν εἴποι τις* VII 313 (II 42, 18) *δίχα δ' ἄν τις καὶ ταῦτα διέλοι* (*διέλθοι* codd.) I 51 (I 77, 26) *ταπεινωθὲν δὲ ἀναδράμοι ἂν* II 70 (I 108, 18) *ὁ μὲν τυχὼν ἁμάρτοι ἄν, ὁ δ' ἐπιστημονικώτερος ἧττον ἂν τοῦτο πάθοι*

e) 19 aoristi medii

VII 296 (II 15, 17) *τοὺς ἀβίους δὲ τοὺς χήρους . . . δέξαιτ' ἄν τις* III 146 (I 224, 5) *μάλιστα ἀποδέξαιτ' ἄν τις* I 54 (I 82, 7)

Τὴν . . τοιαύτην αἰτιολογίαν ἧττον ἄν τις ἀποδέξαιτο XV 709 (III 219, 5) *τἆλλα δ' οὐδ' ἄν τις ἀποδέξαιτο* VII 292 (II 9, 6) *οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν . . . ἀποδέξαιτ' ἄν τις* II 92 (I 139, 16) *αἰτιάσαιτο . . . τοῦτ' ἂν ἴσως τις* I 43 (I 65, 7) *οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν* V 228 (I 361, 10) *τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείαν* XVI 785 (III 343, 13) *Ἀλέξανδρον ἄν τις ποιήσαιτο μάρτυρα* I 44 (I 66, 21) *ἴσως δ' ἄν τις . . . τεκμήραιτο* I 47 (I 73, 6) *ταῦτ' ἄν τις ἐπισημήναιτο* I 30 (I 45, 21) *κἂν μαρτυρίῳ χρήσαιτό τις τούτῳ* V 236 (I 374, 2) *ὁδοῖς ἀφορίσαιτ' ἄν τις* XIV 680 (III 172, 17) *ταῦτα μέμψαιτο ἄν τις* I 39 (I 59, 18) *γένοιτ' ἄν τις . . . εὐπορία* I 66 (I 103, 1,) *γένοιτο γὰρ ἂν . . . ἀμφισβήτησις* XVII 832 (III 419, 8) *γένοιτο δ' ἂν εὔδηλος ἡ δύναμις* II 120 (I 180, 25) *τὸ σχῆμα μᾶλλον ἂν καταφανὲς γένοιτο* II 116 (I 173, 19) *πολὺ δ' ἂν ἐπιγένοιτο τὸ ἄχρηστον*

f) 3 aoristi passivi

II 93 (I 140, 4) *ὅ τε μεσημβρινὸς . . δοθείη ἂν ὁ αὐτὸς εἶναι* II 117 (I 175, 20) *οὐδὲ εἷς ἂν εὑρεθείη* XIII 586 (III 10, 18) *ἐν αὐτῇ δ' ἂν λεχθείη ἡ . . . ἐφεξῆς οὖσα*

g) 1 perfecti passivi

I 37 (I 56, 2) *ἡ κοινὴ φήμη . . . οὐκ ἂν εἴη διατεθρυλημένη . . ἐψευσμένως.*

Unum praetermisi optativum potentialem, quem epitome Palatina in breviario libri septimi exhibet: (Kramer, fr. 24; II 81, 6) *ὑπονοήσειεν ἄν τις. . . .* Haec enim epitome Strabonis verba minime diligenter reddit: non modo orationem in brevius contraxit, sed etiam persaepe verba transposuit et mutavit et nova addidit; plerosque optativos in circumcidenda oratione omisit, ex 670 non plus 15 retinuit[1]); contra praebet optativum

[1]) Optativum potentialem epitomator 6ies retinuit: Epit. Pal. II 14 = Strab. II 111 (I 167, 4); E. P. V 43 = Str. V 247 (I 391, 24): E. P. VI 10 = Str. VI 257 (I 409, 19); E. P. XIV 14 = XIV 651 (III 124, 12); E. P. XV 20 = XV 703 (III 210, 15); E. P. XVI 49 = XVI 767 (III 315, 1).

Optativum iterativum bis servavit: E. P. XIII 71 = XIII 622 (III 74, 11); Strabonis verba epitomator hoc loco mutavit: E. P. XIV 10: *ὅπου ἂν ῥέψειαν συμμαχίᾳ ἱππικῇ* = XIV 643 (III 109, 14) *ὅπου ποτὲ . . . τὸ ἱππικὸν . . . ἐπικουρήσειε,* optativo *ἂν* particulam addidit, quam Strabo non exhibet. —

13 locis, quibus Strabo eum non adhibuit[1]). Quae cum ita sint, apparet haec excerpta ad deperdita Strabonis verba restituenda non multum valere, illud igitur optativi exemplum esse secernendum.

Optativum obliquum 8ies retinuit: a) in enuntiato pronuntiativo quater: E. P. XIII 70 ὅτι .. οἴκοιτο = XIII 622 (III 74, 8) ὅτι .. οἰκοῖεν. E. P. XIII 71 = XIII 622 (III 74, 11); E. P. XIV 17 = XIV 651 (III 124, 11); E. P. XVII 31 = XVII 814 (III 389, 9). b) in interrogatione indirecta bis: E. P. XIV 10 = Str. XIV 644 (III 111, 19). E. P. VI 14 εἰ κελεύοι = Str. VI 262 (I 417, 5) εἰ δοτὸν εἴη. c) Enuntiati constructione mutata epitome optativum Strabonis servat hoc loco: E. P. XV 13 συγκατακαίουσι τὰς γαμετάς, ἵνα μὴ φαρμακεύοιεν αὐτοὺς = XV 699 (III 204, 6) συγκατακαίεσθαι . . . κατὰ τοιαύτην αἰτίαν, ὅτι . . . φαρμακεύοιεν αὐτούς.

[1]) Optativum potentialam epitomator 6ies suo arbitrio addidit: E. P. I 34 ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ὅρος . . . ἂν εἴη, ὁ γὰρ Νεῖλος οὐκ ἄξιος . . . ἂν εἴη cf. Strab. I 35 (I 53, 16—26). E. P. VI 11 τεκμαίροιτ' ἄν τις = VI 258 (I 410, 12) τεκμαίρονται. E. P. X 27 λέγοι γὰρ ἂν = X 467 (II 375, 23 sqq.) εἰκὸς . . . λεχθῆναι. E. P. XV 26 ὁ δ' ἀκροατὴς οὔτε χρέμψαιτο οὔτε λαλῆσαι οὔτε πτύσαι = XV 712 (III 223, 10) τὸν ἀκροώμενον οὔτε λαλῆσαι θέμις οὔτε χρέμψασθαι, ἀλλ' οὐδὲ πτύσαι. Epitomes optativis ἂν particula deest; forsitan addenda sit post πτύσαι, quo loco haud dubie propter antecedentem syllabam -σαι facile excidere potuit. E. P. I 37 προαιρετικήν, ὡς ἂν εἴποι τις, κινούμενον κίνησιν = I 53 (I 81, 9) ὡς ἂν ἰδίαν .. κίνησιν συγκινούμενον.

Optativum obliquum epitomator ter adiecit: E. P. XI 18 μῦθος ἐπλάσθη τοῦ Αἰήτου, ὡς ἔχοι χρυσόμαλλον δέρας = XI 499 (II 441, 2) μεμυθεῦσθαι τὸ χρυσόμαλλον δέρος. P. P. XI 4: ἔφησεν . . ., εἴ τινος δέοιτο = XI 492 (II 428, 15) ἐρέσθαι, εἴ τι προστάττει. E. P. V 38 συμφωνησάντων, ἵνα τῶν μὲν τὸ ὄνομα ἔχοι ἡ πόλις, τῶν δὲ ἵνα ἡ ἀποικία λέγοιτο = V 243 (I 386, 3) Strabo infinitivi constructionem adhibet. — Accedunt tres optativi iterativi, qui omnes contra consuetudinem Atticam rem tempore praesenti iteratam significant: (Strabonem quoque hac ratione nonnunquam optativum admisisse postea cognoscemus) E. P. III 28 ἕως ῥηχίαν σχοίη = III 173 (I 269, 23) ubi coniunctivus cum ἂν coniunctus exstat. E. P. XVII 46 κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν ἀνίσχοντα ἴδοιεν = XVII 822 (III 402, 17) ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα. Epitomator hoc loco pro Strabonis coniunctivo optativum substituit, sed ἂν voculam, quam Strabo iure cum coniunctivo coniunxit, retinuit atque contra morem Atticum optativo iterativo adiecit; cf. etiam E. P. XIV 10. Restat in protasi enuntiati condicionalis unum optativi-exemplum: E. P. XV 15 ὡς ἂν κακουργουσῶν τῶν ἄλλων (scil. ἐπιστημῶν), εἰ πλέον τοῦ μετρίου διδάσκοιντο = Str. XV 701 (III 207, 18) ἐπί τινων γὰρ κακουργίαν εἶναι τὴν ἐπὶ πλέον ἄσκησιν.

Epitomatorem in circumcidendis Strabonis verbis plerosque optativos praetermisisse non ita mirum est; sed cum aliis locis optativum suo iudicio addiderit, ei aliquid tribuisse videtur.

2. In interrogatione directa

optativus potentialis 25ies occurrit:

a) 7 optativi praesentis

IX 422 (II 278, 13) *τί δ' ἂν εἴη μυθωδέστερον ἢ . . .* XVII 830 (III 415, 15) *τίς ἂν εἴη καταστροφή* I 55 (I 84, 16) *τίς ἂν φαίη* I 8 (I 12, 23) *τίς ἂν οὖν . . καλῶς . . διδάσκοι* II 95 (I 143, 19) *τίς ἂν διορίζοι* I 10 (I 15, 20) *τί γὰρ ἂν προσήκοι* I 17 (I 27, 6) *πότερον δ' ἀρετὴν ποιητοῦ λέγοιμεν ἂν ἡντινοῦν ἄλλην*

b) 2 praesentis medii

I 17 (I 27, 8) *πῶς ἂν οὖν μιμοῖτο ἄπειρος ὢν* XII 553 (II 539, 18) *τί ἄν τις μέμφοιτο*

c) 11 aoristi activi

II 72 (I 112, 5) et XVI 761 (III 303, 18) *τίς ἂν . . . θαρρήσειε* XI 504 (II 450, 15) *τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν* IX 413 (II 260, 14) *πῶς γὰρ ἄν τις . . . πιστεύσειεν* XIV 679 (III 170, 12) *οὐκ ἂν δόξειε παραλιπεῖν τι* I 63 (I 97, 3) *τίς ἂν δοίη νοῦν ἔχων* II 102 (I 153, 6) et II 104 (I 156, 29) *τίς ἂν συγγνοίη* II 73 (I 113, 13) *Τίν' ⟨ἂν⟩ οὖν τοιαύτην εὕροις εὐδαιμονίαν* I 17 (I 27, 2) *τίς ἂν οὖν ὑπολάβοι* VIII 352 (II 135, 1) *πῶς ἂν . . ὑπολάβοι τις . . λέγεσθαι*

d) 4 aoristi medii

II 71 (I 110, 11) *τίς δ' ἂν ἡγήσαιτο πιστοτέρους . . . τοὺς παλαιοὺς* III 170 (I 265, 22) *τί ἄν τις διισχυρίσαιτο πρὸς ἔλεγχον* VIII 353 (II 136, 14) *τίς ἂν γένοιτο πιθανὸς λόγος* XV 686 (III 182, 14) *τίς ἂν . . . . γένοιτο πίστις*

e) 1 aoristi passivi

XIII 601 (III 37, 16) *τίς γὰρ ἂν νοηθείη . . ἀνάθεσις.*

De enuntiatis secundariis.

1. In enuntiato relativo

optativum potentialem his locis habes:

a) 7 optativos praesentis activi

I 13 (I 20, 11) *ὧν χωρὶς οὐκ ἂν εἴη γεωγραφίας οἰκεῖος*

II 72 (I 111, 1) ὅς γε διὰ τῆς Κελτικῆς . . ἂν εἴη II 87 (I 132, 11) ὧν χωρὶς κενὸς ἂν εἴη ὁ συλλογισμός II 75 (I 116, 9) οἳ . . . πολὺ ἂν εἶεν ἀρκτικώτεροι VII 322 (II 59, 5) ἅπερ ἄν τις . . . λέγοι IX 439 (II 317, 14) ἃ λέγοι τις ἄν

b) 3 praesentis medii

I 15 (I 24, 5) ὅσα δύναιτ' ἂν ἐπανορθοῦν τὴν γεωγραφίαν VIII 347 (II 125, 13) ἐξ οὗ πλέον ἄν τις τεκμαίροιτο IX 410 (II 252, 9) ἐξ οὗ τεκμαίροιτ' ἄν τις

c) 1 praesentis passivi

VII 329 (II 71, 12) ἐν οἷς τάττοιντ' ⟨ἂν⟩ καὶ (Kramer: κἂν) οἱ προφῆται

d) 4 aoristi activi

IV 180 (I 280, 23) ἧς πολλὰ ἄν τις λάβοι σημεῖα XV 698 (III 201, 23) ὃν . . . παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν III 173 (I 269, 20) τοσοῦτον (scil. χρόνον), ὅσον . . . ζῴδιον ἀπόσχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος. — Addendum est ex epitome Vaticana hoc exemplum: lib. VII fr. 21 (II 79, 26) ὧν τὴν Κισσὸν ὑπονοήσειεν ἄν τις τῷ Κισσῇ προσήκειν

e) 4 aoristi medii

II 83 (I 126, 27) Ἃ δ' ἄν τις αἰτιάσαιτο XVI 761 (III 304, 4) οὐδ' ὑπὲρ οὗ ἄν τις . . . μαχέσαιτο XVI 767 (III 315, 1) ὅσῃ δέξαιτ' ἂν τὸ φυτὸν = Epit. Pal. XVI 49. V 222 (I 350, 7) οἷον ἂν γένοιτο ὁρμητήριον.

His enuntiati relativi exemplis adnumerandi sunt 4 optativi: I 18 (I 27, 26) καθάπερ ἄν τις . . . φαίη VIII 344 (II 118, 2) ὡς ἄν τις ἐκ τῶν ἐπῶν . . τεκμαίροιτο XVII 825 (III 406, 8) ὡς ἄν τις ἐν ἐπιπέδῳ νοήσειε II 91 (I 138, 8) ὡς ἂν δι' ὀργάνων λάβοι τις . . . ἕκαστον.

2. In enuntiato pronuntiativo secundario

optativum potentialem 4 locis invenis (1 praesentis, 7 aoristi) XIV 673 (III 161, 4) δῆλον ὅτι . . . οὗτος . . ἂν εἴη ὁ ἰσθμός V 249 (I 396, 3) ὡς οὐδέποτ' ἂν εἰρήνην ἀγάγοι Ῥωμαίων οὐδὲ εἷς II 109 (I 163, 19) ὅτι οὐδ' οἰκοδόμος . . . οἷός τε γένοιτ' ἄν.

Accedit unum enuntiatum, in quo exstant — ἂν particula semel posita — 5 optativi assimulati ad enuntiati primarii op-

tativum: XI 504 (II 450, 16) *τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν . . . ἔθνος συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν; καὶ οὐ μόνον γε συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσαιτο ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν καὶ κρατήσειεν οὐ τῶν ἐγγὺς μόνον, . . . ἀλλὰ καὶ διαπόντιον στείλαιτο* (cod. Venet. 640: *στεῖλαι*) *στρατείαν*.

3. In enuntiato interrogativo secundario

invenis

a) 3 optativos praesentis activi

I 63 (I 98, 8) *τίνι δ' ἂν καὶ στοχασμῷ λέγοι* II 111 (I 167, 4) *οὕτω δ' ἂν εὑρίσκοι, πόσον ἂν εἴη* X 456 (II 356, 3) *ἐρησόμεθα, τίς ἂν εἴη ἡ Σάμη*. In enuntiato primario Strabonem indicativum futuri optativo praeferre vides; *ἐρησόμεθα* enim eundem fere sensum habet quem optativus + *ἄν τις*.

b) 3 aoristi activi

XI 491 (II 428, 7) *οὐκ οἶδα δέ, πῶς ἄν τις αὐτῷ . . . πιστεύσειε* II 115 (I 173, 1) *οὐκέτι γνώριμον, πόσον ἄν τις θείη* XVI 756 (III 296, 25) *ὁποτέραν δ' ἄν τις εἴποι μητρόπολιν*

c) 1 aoristi passivi

VI 257 (I 409, 19) *πυνθανόμενοι, πῶς ἂν σωθεῖεν* = Epit. Pal. VI 10.

4. In enuntiato causali

occurrunt duo optativi potentiales I 7 (I 12, 8) *ἐπεὶ καὶ . . . οἰκοδόμος ταῦτα ἂν προορῷτο* VIII 370 (II 171, 26) *ὅτι πλείους ἂν λάβοι μνηστῆρας*.

5. In enuntiato consecutivo

reperimus optativum potentialem 35ies:

α) post *ὥστε* particulam 33ies

a) 23ies optativum praesentis activi

X 455 (II 354, 4) *ὥστε οὐκ ἂν εἰδείης* I 9 (I 14, 19) *ὥστε . . . αὕτη ἂν εἴη χώρα* XIII 586 (III 10, 12) *ὥστε καὶ αὕτη ἂν εἴη Τρωὰς* II 115 (I 172, 23) *ὥστε πολὺ ἀρκτικώτερος ἂν εἴη* II 107 (I 161, 14) *ὥσθ' ὁ* (*παράλληλος* sc.) . . . *πλατύτατος ἄν τις εἴη* II 83 (I 126, 10) *ὥσθ' . . . ἡ εὐθεῖα οὔτ' ἂν παρὰ τὸν Εὐφράτην εἴη* II 86 (I 130, 22) *ὥσθ' ἡ . . γραμμὴ . . . οὐκ*

ἂν εἴη παράλληλος XIII 620 (III 71, 12) ὥσθ' οὐδ' αὕτη ἂν ἡ . . . Λάρισα εἴη II 115 (I 172, 18) ὥστ' εἴη ἂν . . . σταδίων δισχιλίων II 116 (I 173, 25) ὥστε τὸ σύμπαν πλάτος . . εἴη ἂν ἔλαττον XIV 663 (III 143, 15) ὥστε τὸ . . . μῆκος . . . εἴη ἂν μικρῷ πλέον II 72 (I 111, 16) ὥστε περὶ τρισμυρίους εἶεν ἂν II 114 (I 170, 28) ὥστε λοιποὶ εἶεν ἂν . . . ὀκτακισχίλιοι X 463 (II 368, 27) ὥστε . . Αἰτωλοὶ ἂν εἶεν I 50 (I 77, 15) ὥστε . . οὐδὲν ἂν ἔχοι τις προσφέρειν I 14 (I 22, 14) ὥστε ἔχοιμεν ἄν τι λέγειν πλέον XVII 825 (III 407, 4) ὥστ' οὐδὲ . . . ἔχοιμεν ἂν λέγειν II 86 (I 130, 19) ὥστε . . οἱ παράλληλοι διέχοιεν ἂν ἀλλήλων XIII 598 (III 31, 17) ὥστε . . . οἰκείως ἂν λέγοι ἡ Ἀνδρομάχη. Plerique codices exhibent λέγοιτο, nonnulli inferiores λέγοι formam, quae e coniectura recepta esse videtur; activi formam palimpsestus olim Cryptensis, nunc Bibliothecae Vaticanae[1] (frgm. 210) servavit. Strabo medium verbi λέγω nusquam adhibuit. XIII 612 (III 56, 9) ὥστε . . οὐ τὴν Θήβην λέγοι ἂν II 92 (I 138, 21) ὥστ' οὐ . . συμβαίνοι ἂν XIII 606 (III 46, 20) ὥστ' ἐκπίπτοι ἂν εἰς . . XIII 620 (III 71, 10) ὥστε ὑπὸ τοῖς Μήροσιν ἄν τις τάττοι ταύτην

b) bis praesentis medii

X 475 (II 393, 12) ὥσθ' ὁ κύκλος . . γίνοιτ' ἂν πλέον ἢ . . . XIV 679 (III 170, 23) ὥστε δύο ἔθνη γίνοιτ' ἄν

c) ter praesentis passivi

I 4 (I 7, 10) ὥστε . . κλύζοιτ' ἂν τῷ ὠκεανῷ V 237 (I 375, 6) ὥστε λέγοιτ' ἂν τῆς Καμπανίας καὶ αὕτη XIII 620 (III 71, 1) ὥστ' οὐκ ἂν λέγοιτο πιθανῶς

d) quater aoristi activi

II 90 (I 136, 8) ὥστ' οὐδ' ἂν ὀκνήσειας . . εἰπεῖν IV 189 (I 294, 20) ὥστε . . κἂν . . ἐπιμαρτυρεῖσθαί τις ἂν δόξειεν XVII 824 (III 405, 22) ὥστε . . οὐκ ἂν ἐξισάζειν δόξειε VIII 344 (II 119, 1) ὥστ' οὐκ ἂν ἀπογνοίη τις

e) semel perfecti

XVII 821 (III 400, 3) ὥστε συμπεριωδευμένα ἂν εἴη

[1]) G. Cozza-Luzi, Della geografia di Strabone frammenti scoperti in membrane palimpseste. Parte VI. Roma 1897.

β) post ὡς particulam bis:

V 247 (I 391, 24) ὡς τεκμαίροιτ᾽ ἄν τις V 236 (I 373, 12) ὡς πάρεργον ἂν δόξαιεν ἀποφαίνειν.

Frequens est optativi usus in enuntiato consecutivo apud Strabonem; Dionysius non plus tria exempla praebet.

Nonnulla liceat addere de reliquo enuntiati consecutivi usu. Scriptoribus dialecti κοινῆς usitatissima est structura infinitivi adiuncti ὥστε particulae. Dionysius veteres scriptores Atticos secutus indicativum restituit: 113ies ad 174 infinitivi exempla. Strabo indicativum 187ies admisit, infinitivum 394ies — atque eum 144ies post enuntiata negativa vel hypothetica vel in oratione obliqua, quibus condicionibus Attici quoque scriptores infinitivum praeferre solebant. — Apparet Strabonem, quamquam Dionysium non adaequat, tamen Ἀττικιστῶν vestigiis hac in re insistere coepisse. — ὡς particula, quae apud veteres quoque auctores perraro invenitur, 9ies occurrit apud Strabonem (7ies cum infinitivo, bis cum indicativo). In Dionysii scriptis unum exemplum ὡς voculae exstat, apud Diodorum et Pseudo-Longinum bina. Auxerunt postea usum ὡς coniunctionis cum infinitivo compositae Arrianus [1]) et Lucianus [1]) et Philostratus II [2]).

Priusquam ad ipsum argumentum redeamus, commemorare liceat optativum potentialem transiisse

1. in participium cum ἂν particula coniunctum quater: II 96 (I 145, 1); X 486 (II 417, 16); XIV 641 (III 105, 20); XVI 759 (III 301, 15).

2. in infinitivum cum ἂν coniunctum

a) in enuntiato consecutivo post ὥστε

XII 536 (II 508, 14); XIII 598 (III 32, 5); XVI 738 (III 267, 5);

b) pendentem e verbis sentiendi

I 8 (I 13, 19); VI 267 (I 424, 11); VII 299 (II 21, 6);

c) pendentem e verbis dicendi

I 24 (I 36, 11); II 76 (I 117, 17); II 76 (I 117, 20); II 80 (I 123, 15); VI 278 (I 443, 15); XV 712 (III 223, 18).

---

[1]) W. Schmid, Attizismus III 85.

[2]) Ib. IV 87.

Nunc convertamus nos ad optativi potentialis usum exponendum. Leguntur in Strabonis Geographicis 363 optativi potentiales [1]) — inclusis 59 exemplis, quae exstant in apodosi enuntiati condicionalis — per 100 paginas plus minusve 25. Apud Polybium per 100 paginas occurrunt 14 exempla, apud Diodorum 6, apud Philodemum 35—40, in Dionysii Antiquitatibus 20, in eiusdem Rhetoricis 43, apud Philonem 30, 6. Strabo medium locum inter hos auctores obtinet. — Habemus inter 670 universos optativos 363 potentiales = 1 : 1, 8; in Dionysii Antiquitatibus invenimus rationem 1 : 3. Non mirum est apud Strabonem optativos potentiales numero praevalere. Geographicorum enim scriptori, qui plerumque tempore praesenti utitur, non ita crebro occasio offertur optativi obliqui et iterativi post tempora secundaria usurpandi. Etiam maiorem partem explent optativi potentiales in Dionysii Rhetoricis (1 : 1, 4) et in Philodemi (1 : 1, 26) Philonisque libris, qui fere solum optativum potentialem colunt. Minime aequabiliter dispositi sunt optativi potentiales in omnibus Geographicorum partibus: cum saepius per longa spatia perraro reperiantur, nonnullis locis cumulantur, velut I 9 (I 15, 13—20) per 8 lineas 6ies optativus legitur, I 11 (I 17, 18—23) per 5 lineas quater. Praecipue in primo et secundo libro Strabo optativum potentialem in deliciis habet: sunt 159 exempla; per quindecim ceteros libros non plus 212 inveniuntur. Permagna haec differentia primum eo efficitur, quod in prioribus libris, qui de geographiae principiis sunt, frequenter occasio optativi potentialis adhibendi offertur, in mera autem terrarum descriptione posteriorum librorum multo rarius. Accedit quod auctor exordii elocutionem profecto optativi potentialis usu quodammodo artificiosiorem et elegantiorem reddere studet; in duobus prioribus libris eo progreditur ut etiam Dionysii Rhetorica eximium in modum superet. In posterioribus libris per 100 paginas 17, 4 exempla habet; Diodorum quidem in his quoque libris longe vincit, Polybio autem

---

[1]) In optativis proferendis praetermisi nonnulla exempla: I 65 (I 101, 17); II 104 (I 156, 21); IV 209 (I 328, 8); VI 269 (I 428, 22); XIV 651 (III 124, 12); XV 726 (III 245, 9). His enim locis Strabonem aliorum auctorum verba reddere verisimile est.

non nimis praestat. Singuli libri III—XVII usu non magnopere inter se distant (7—18 exempla). — Supra commemoravi Strabonem praesentis optativum praeferre aoristo. De optativi potentialis usu hoc est tenendum: activi et medii paulo plura exstant aoristi exempla quam praesentis — detractis praesentis optativis eorum verborum, quorum aoristus in usu non erat —; complurium verborum aoristi optativus semel atque iterum occurrit, cum praesentis formae neglegantur:

δοκῶ	verbi	18	opt.	pot.	aor.	O praesentis
ὀκνῶ	„	3	„	„	„	
θαρρῶ	„	2	„	„	„	
αἰτιῶμαι	„	4	„	„	„	
γινώσκω	„	11	„	„	„	
λαμβάνω	„	10	„	„	„	
δίδωμι	„	5	„	„	„	

γίνομαι	verbi	12	opt.	aoristi,	3	opt.	praes.
εὑρίσκω	„	7	„	„	1	„	„
δέχομαι	„	7	„	„	2	„	„
πιστεύω	„	4	„	„	1	„	„

Diodorus, Polybius, Philo — Dionysius quoque — optativum praesentis etiam multo magis quam Strabo represserunt.

Hic passivi optativum potentialem praesentis longe anteponit formis aoristi: 39 : 6; atque etiam activi optativum praesentis paucorum verborum diligit: *λέγω* 17 praes., 3 aor.; *ἔχω* 19 praes., 1 aor.; *εἰκάζω* 4 praes., 1 aor.

Quae verba in optativis potentialibus formandis praecipue adhibuerit, ex hac tabella cognosces:

	activi		medii		passivi		
	praes.	aor.	praes.	aor.	praes.	aor.	
εἰμί	75						75
λέγω	17	3			14	1	35
ἔχω	19	1			1		21
δοκῶ		18					18
γίνομαι			3	12			15
τίθημι	1	9				1	11

	activi		medii		passivi		
	praes.	aor.	praes.	aor.	praes.	aor.	
γινώσκω		11					11
λαμβάνω		10			1		11
φημί	10						10
εὑρίσκω	1	7				1	9
δέχομαι			2	7			9
δύναμαι			8				8
ποιῶ	2	1	2	3			8
ἐπι- / *συμ-* } *βαίνω*	5	3					8
δίδωμι		5				2	7
εἰκάζω	4	1					5
πιστεύω		4			1		5
προσήκω	5						5
τεκμαίρομαι			4	1			5

Iam videamus, quas formulas Strabo plus semel repetat: Invenimus optativum *ἔχω* verbi cum infinitivo coniunctum 6ies; ter *ἂν προσήκοι* et bis *πρέποι ἂν* cum infinitivo. Novas disputationis partes auctor nonnunquam incohat his formulis:

ter *ἐφεξῆς ἂν εἴη* } cum infinitivo.
bis *οἰκεῖον ἂν εἴη* }

Praecipue ei gratum est: *ἄν τις* cum optativo (88ies), velut quater *ἄν τις θείη*, bis *θείη τις ἄν*, bis alius verborum ordo;

quater *φαίη τις ἄν* + ter alio ordine.
„ *εὕροι τις ἄν* + semel *εὕροι γὰρ ἄν τις*
„ (*ἀπο-*) *δέξαιτ' ἄν τις* + bis alio ordine.
ter *ἄν τις . . πιστεύσειε* + semel *οὐδ' ἂν . . πιστεύσειέ τις*
bis *ἄν τις θαυμάσειε* + bis alio ordine.
ter *λάβοι τις ἂν* vario verborum ordine.
bis *ὑπολάβοι δ' ἄν τις*, semel *δ' ἂν . . ὑπολάβοι τις.*

In interrogationibus cum *ἂν* vocula pronomen interrogativum subsequi soleat, — particulis *δὲ* vel *γὰρ* nonnunquam interiectis — efficiuntur huiusmodi formulae: bis *τίς ἂν συγγνοίη*, bis *τίς ἂν θαρρήσειε.*

Quo loco Strabo in universum *ἂν* particulam ponere soleat, supra dixi (p. 26).

Duobus locis *ἂν* particula bis posita est: IV 189 (I 294, 20) *ὥστε . . . κἂν τὸ τῆς προνοίας ἔργον ἐπιμαρτυρεῖσθαι ἂν δόξειεν* X 466 (II 375, 11) *οὐδ' ἂν αὐτὸς ὀκνήσαιμ' ἂν εἰπεῖν.*

Nonnullis locis in codicibus *ἂν* vocula deest. Tamen Strabonem nusquam eam omittere voluisse puto, quamquam Schmidius (Attizismus IV 89) contendit scriptores hellenisticos eam saepius optativo potentiali non adiecisse. Plerumque liquet, qua de causa in Strabonis codicibus *ἂν* omissum sit: II 73 (I 113, 13) *Τίν' ⟨ἂν⟩ οὖν τοιαύτην . . εὕροις εὐδαιμονίαν;* propter simillimas trium vocularum succedentium litteras ultimas *ἂν* profecto facile excidere potuit.

Similem habes causam: XV 726 (III 245, 9) *ὁ αὐτὸς ὑπάρξαι ⟨ἂν⟩ φθόρος.*

Levi mutatione editores pro *δὴ* substituerunt *ἄν*: II 90 (I 136, 19) *καταμετρεῖν [ἂν] δόξειε.*

γὰρ vocula bis causa fuisse videtur, cur *ἂν* exciderit [1]): I 9 (I 15, 13) *μόλις γὰρ ⟨ἂν⟩ . . . συμβαίη* I 44 (I 66, 22) *μᾶλλον γὰρ ⟨ἂν⟩ ἐφαρμόττοι.*

Restant duo exempla:

VII 329 (II 71, 12) *ἐν οἷς τάττοιντο καὶ οἱ προφῆται* Kramer coniecit *κἂν*; Ric. Foerster iure praefert: *τάττοιντ' ⟨ἂν⟩ καὶ οἱ προφῆται* IV 201 (I 315, 17) *ἱκανῶς ⟨ἂν⟩ δόξειε κεχρῆσθαι.*

Vix dubium esse potest quin Strabo his quoque locis *ἂν* particulam adhibuerit.

More Attico Strabo sicut Philodemus optativum potentialem non adhibet nisi de rebus praesentibus et futuris: 5 enim formae perfecti praesentis — I 37 (I 56, 2); II 70 (I 109, 10); VII 295 (II 14, 4); XIV 681 (III 173, 3); XVII 821 (III 400, 3); — ipsae quoque quodammodo ad tempus praesens spectant. Saepissime Strabo optativum potentialem ita usurpat,

---

[1]) Praeterea *ἂν* particula post *γὰρ* deest duobus locis, quibus ad sensum irrealem exprimendum postulatur: XII 553 (II 538, 15) *ὠνόμαζε γὰρ ⟨ἂν⟩ αὐτὴν* XV 716 (III 229, 4) *οὐ γὰρ ⟨ἂν⟩ αἰσχύνεσθαι.* His quidem locis potius sequentes litteras effecisse ut *ἂν* excideret, concedendum est.

ut sententiam suam modestius exprimat, praecipue tum, cum res ambiguas vel minus certas profert vel cum aliis scriptoribus contradicit. Etiam tum eum non raro exhibet, cum e praemissis argumentis aliquid concludit et colligit. Huc spectat quod in enuntiato consecutivo crebro pro portione structuram potentialem adhibet (35ies), qua in re Polybium (0 exemplum), Diodorum (1), Philodemum (7), Philonem (6) longe superat. Notandum quoque est Dionysium in hoc enuntiato optativum ita vitasse, ut non solum Strabone, sed etiam Philodemo et Philone inferior sit. Frequenter etiam Strabo optativo potentiali exprimit aliquam rem quibusdam condicionibus fieri posse. Nonnunquam optativum usurpat, quamquam ipso verbo (*δύναμαι* 7ies, *δοκέω* 18ies) significavit aliquam rem fieri posse vel sententiam esse minus certam. Sed in certis quoque rebus proferendis optativum urbanitatis Atticae qui dicitur crebro adhibet. Nunquam optatum vel imperatum lenius optativo potentiali significat. — Commemorandum quoque est Strabonem optativum potentialem in interrogatione directa satis raro pro rata parte habere: 25ies ad 208 optativos enuntiati pronuntiativi primarii. Diodorus exhibet 13 exempla ad 64 enuntiati pronuntiativi, Philodemus 29 ad 132, Dionysius 64 ad 256. Cognoscis hos auctores optativum interrogationis directae pro portione multo pluris aestimare. Hic igitur optativus, qui semper habet vim rhetoricam, Strabonis simplici ac ieiunae dictioni minus convenit.

In enuntiatis quoque secundariis — excepto consecutivo enuntiato — Strabo optativum potentialem minus adhibet, ita ut ceteris dialecti *κοινῆς* scriptoribus non praestet. Dionysius, scriptor *Ἀττικιστής*, non solum in enuntiatis primariis, sed etiam in compluribus secundariis optativum potentialem augere studet; Strabo, dialecti *κοινῆς* auctor, satis habet eum in enuntiata pronuntiativa primaria et in consecutiva revocasse. Multis locis etiam indicativum optativo praefert, fere 60ies indicativum futuri; hic autem apud Strabonem multo minorem obtinet locum quam apud Philodemum. — 41 locis Strabo, quamquam optativum usurpare licuit, imperativum posuit; praecipue in singulis disputationis partibus absolvendis quasdam imperativi formulas diligit: *ταῦτα ἐάσθω, ταῦτα (νῦν) εἰρήσθω;*

rarius huiusmodi locis optativum praebet: *ταῦτα λέγοιτ᾽ ἂν περὶ . . ., συμπεριωδευμένα ἂν εἴη.*

Tamen cum etiam in libris III—XVII, in quibus optativi potentialis usurpandi minus frequentem occasionem habet quam in prioribus libris, non solum Diodori, sed etiam Polybii usum superet, omnino eum communem aetatis suae consuetudinem reliquisse iudicandum est.

Priusquam ad optativum obliquum transeam, commemorandum duco optativum concessivum omnino non inveniri.

§ 3.

De optativo obliquo.

1. In enuntiato pronuntiativo secundario

exstat optativus obliquus

I post tempora secundaria 47ies = 78 optativi.

5ies ex *διότι* coniunctione pendens = 10 optativi.
α —; *β* 5ies [1]).

a) 2 praesentis optativi

XV 715 (III 227, 17) *εἰπεῖν ἔφη διότι . . . ἕτοιμος εἴη*
XVI 783 (III 340, 22) *εἰκάσαι διότι παρ᾽ αὐτήν τις εἴη*

b) 8 aoristi

II 98 (I 148, 17) *διηγήσασθαι διότι . . . περιπέσοι πλάνῃ καὶ σωθείη δεῦρο* (*σωθεὶς* Paris. 1397 et 1393. Venet. 377) III 148 (I 228, 12) *εἰπεῖν Στησίχορον . . . διότι γεννηθείη* XV 715 (III 227, 15) *εἰπεῖν ἔφη διότι πεμφθείη* XVI 779 (III 334, 1) *ἱστορῆσαι διότι . . . Ἐρύθρας . . . περαιωθείη πρὸς τὴν νῆσον· . . . τὴν μὲν ἀγέλην . . . ἀπαγάγοι πάλιν, ἀποίκους δ᾽ ἐκεῖ στεῖλαι τε καὶ τὰς ἄλλας νήσους . . ., ἐπώνυμον δὲ ποιήσειεν* . . . In plerisque codicibus legitur *στέλλεται* vel *στέλλει*; apparet veram esse eam scripturam, quam solus codex Mediceus 28, 19 praebet: *στεῖλαι τε καὶ.*

---

[1]) Quo facilius perlustremus, qua ratione Strabo optativum obliquum imprimis usurpare solitus sit, separabo ea exempla, quae pendent e verbis orationis directae (sub littera *α*) ab iis, quae suspensa sunt ab infinitivis vel aliis membris orationis indirectae (sub littera *β*).

18ies post ὅτι = 31 optativi

α quater a) 20 praesentis

X 483 (II 412, 17) ἐξομολογουμένοις ὅτι ἀνάξιος ὁ παῖς εἴη II 118 (I 177, 8) ἱστοροῦμεν ὅτι ... νῆες πλέοιεν X 485 (II 417, 14) ἔλεγε ... ὅτι πρεσβεύοι (πρεσβεύει Paris. 1393) περὶ κουφισμοῦ τοῦ τέλους· τελοῖεν γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν XV 725 (III 244, 8) ἐμήνυσαν ὅτι θηρία εἴη, τάχα δ' ἀπαλλάττοιτο

β 9ies VIII 378 (II 190, 15) τὴν ὀνειδίζουσαν ὅτι οὐ φίλεργος εἴη οὐδ' ἐρίων ἅπτοιτο XV 719 (III 234, 8) τὴν δ' ἐπιστολὴν ἑλληνίζειν ... δηλοῦσαν ὅτι Πῶρος εἴη ὁ γράψας .., ὅμως περὶ πολλοῦ ποιοῖτο φίλος εἶναι Καίσαρι, καὶ ἕτοιμος εἴη (εἴη omisit Paris. 1393; εἶναι Venet. 640) XVII 814 (III 389, 9) = Epit. Pal. XVII 31 εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα ὅτι εἴη Διὸς υἱός II 100 (I 150, 8) γνῶναι ὅτι .. οἱ .. ἄνθρωποι ὁμοεθνεῖς εἶεν ... καὶ ὅτι ὁμοροῖεν τῇ Βόγου βασιλείᾳ IX 402 (II 235, 4) προφήτιδας .. εἰπεῖν ὅτι προστάττοι ὁ θεὸς XV 716 (III 228, 22) εἰπόντος δ' ὅτι καὶ Πυθαγόρας τοιαῦτα λέγοι κελεύοι τε XV 716 (III 229, 2) ἀποκρίνασθαι ὅτι ... νομίζοι III 144 (I 220, 24) τηρῆσαι ... ὅτι οἱ Εὗροι ... πνέοιεν ἐτησίαι XIII 622 (III 74, 7) ὡς ὀψὲ ᾐσθημένων ὅτι ἐπὶ θαλάττῃ πόλιν οἰκοῖεν = Epit. Pal. XIII 70 ᾐσθημένη (scil. ἡ Κύμη) ὅτι παρὰ θάλασσαν οἰκοῖτο

b) 11 aoristi

α ter VI 274 (I 435, 15) διηγοῦντο ἡμῖν ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλόν IX 420 (II 273, 8) προσπλάσαντες καὶ μῦθον ... ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦθα οἱ ἀετοὶ XIII 594 (III 24, 6) καυχωμένου δ' ὅτι ... ταύτην (scil. τὴν πόλιν) χειρώσαιτο

β bis III 165 (I 256, 15) διηγήσασθαι .. τὸν ξένον .. ὅτι μισθώσαιτο ... γυναῖκας ἐπὶ σκαφητόν, ὠδίνασα δὲ μία τῶν γυναικῶν ἀπέλθοι .., τεκοῦσα δ' ἐπανέλθοι .. αὐτίκα· ... αὐτὸς δὲ ... μάθοι καὶ ἀφείη· (ἀφίη Paris. 1397 et 1393 et Medic. 28, 5; in Paris. 1397 σι supra scriptum est secunda manu) ἡ δ' ... τὸ νήπιον διασώσειεν οἴκαδε VI 265 (I 421, 20) λέγων πρὸς τοὺς ἀπαιτοῦντας ὅτι ... αἰτήσαιτο καὶ λάβοι

24ies post ὡς = 37 optativi

a) 30 optativi praesentis

α 7ies XI 510 (II 460, 3) προσέθεσαν .. πίστιν ὡς εἴη

Τάναις XV 700 (III 205, 12) *ψευδῆ καταμαθὼν . . τὸν . . λόγον ὡς ἔκπυρα εἴη . . . τὰ ἐν τοῖς πεδίοις* XVI 760 (III 303, 13) *ἐδίδασκεν ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῖεν οἱ Αἰγύπτιοι . . .* v. 16) *εἴη γὰρ ἓν τοῦτο μόνον θεὸς* I 32 (I 49, 23) *πίστιν κατέλιπον . . ὡς τὸ μεταξὺ διείργοιτο ἰσθμῷ* X 482 (II 410, 14) *λαβὼν δ' ὑπόνοιαν . . ὡς . . . διαβάλλοιτο ἐπιβουλῇ* XIV 651 (III 124, 11) = Epit. Pal. XIV 17 *μεμφομένων δὲ ὡς σκώπτοιτο αὐτῷ ἡ πόλις* XVII 820 (III 398, 17) *λεγόντων δ' ὡς ἀδικοῖντο*

β 14 ies II 99 (I 149, 10) *πυθόμενον ὡς ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πλεόντων τινῶν εἴη τὸ ναυάγιον τοῦτο* II 99 (I 149, 22) *συμβαλόντα τὸν Εὔδοξον ὡς δυνατὸς εἴη ὁ περίπλους* V 215 (I 339, 19) *τινὰ τῶν πάνυ γνωριζομένων ὡς εἴη φιλέγγυος* IX 402 (II 234, 19) *λεγόντων δ' ὡς οὐδαμοῦ νόμος εἴη* XV 716 (III 228, 13) *Τὰ . . λεχθέντα εἰς τοῦτ' ἔφη συντείνειν ὡς εἴη λόγος ἄριστος* XV 726 (III 244, 22) *ἐξελέγξαι ψεῦδος ὂν ὡς εἴη νῆσος* X 472 (II 388, 9) *λέγειν ὡς εἶεν Κορύβαντες δαίμονές τινες* VI 279 (I 444, 23) *μεμψομένας ὡς οὐκ ἐπ' ἴσοις πολεμοῖεν . . . καὶ κίνδυνος εἴη* XV 715 (III 228, 3) *εἰπεῖν ὡς τὸν . . βασιλέα ἐπαινοίη, . . .* v. 5) *ὠφελιμώτατον δ' εἴη . . .* v. 8) *αὐτῷ δὲ συγγνώμη εἴη* XIV 641 (III 105, 21) *τὸν εἰπόντα . . ὡς οὐ πρέποι* XV 726 (III 245, 7) *διδάξαι . . ὡς ἡ . . νῆσος ψευδῆ τὴν αἰτίαν ἔχοι* XV 715 (III 226, 28) *ἀκούειν τὸν Ἀλέξανδρον ὡς γυμνοὶ διατελοῖεν καὶ καρτερίας ἐπιμελοῖντο οἱ ἄνθρωποι ἐν τιμῇ τε ἄγοιντο πλείστῃ, παρ' ἄλλους δὲ μὴ βαδίζοιεν κληθέντες, ἀλλὰ κελεύοιεν* III 174 (I 270, 7) *λεγόντων ὡς . . μάλιστα αὔξοιντο . . . αἱ ἀναχωρήσεις* X 462 (II 368, 2) *λέγοντες ὡς . . . οὔτε . . . ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ φράζοιντο, . . . οὐδὲ γὰρ ὅλως τοὔνομα τοῦτ' ἐμφέροιτο ἐν τοῖς ἔπεσιν*

b) 7 optativi aoristi

α—; *β* 7 ies X 462 (367, 26) *λέγοντες ὡς οὐ μετάσχοιεν . . . τῆς στρατείας* XV 714 (III 226, 14) *λέγειν ὡς ἐκπληρώσειε τὰ . . . ἔτη* XV 716 (III 228, 18) *ὡς . . . . . Ταξίλῃ τοῦτο συμβουλεύσειε* XV 715 (III 228, 5) *εἰπεῖν ὡς . . μόνον . . ἴδοι αὐτὸν* XV 726 (III 245, 9) *διδάξαι . . ὡς . . . ἄλλος . . τις . . τρόπος τοῦ ἀφανισμοῦ συμβαίη* II 102 (I 153, 14) *περὶ ἧς . . . ἱστορῆσαι Σόλωνά φησι . . ὡς ὑπάρχουσά ποτε ἀφανισθείη* XV 722 (III 238, 3) *πρὸς τὴν κατέχουσαν δόξαν ὡς Σεμίραμις . . . σωθείη μετὰ ἀνδρῶν ὡς εἴκοσι*

B. Post tempora primaria optativus obliquus occurrit

α) pendens ex praesenti vel perfecto auctoris, quod vocatur, 30ies = 55 optativi

5ies post διότι = 9 optativi aoristi

α 5ies β —; II 104 (I 156, 10) *Ταῦτα . . τὰ τοῦ Πυθέου καὶ διότι πᾶσαν ἐπέλθοι τὴν παρωκεανῖτιν* IX 392 (II 216, 3) *ὁμολογοῦσιν . . . διότι . . ὁ Νίσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι καὶ κτίσαι τὴν Νισαίαν* XVII 803 (III 373, 8) *μυθεύουσι . . διότι ἡ Ἶσις . . . θείη σοροὺς . . .* v. 11) *τοῦτο δὲ πράξειε λαθεῖν βουλομένη* VII 293 (II 10, 7) *εἰκάζει διότι . . . . οἱ Κίμβροι . . . . . ποιήσαιντο στρατείαν, ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ καὶ ἡ Κιμμέριος κληθείη βόσπορος* (codd. *κληθεὶς*) VI 261 (I 415, 1) *προσμεμυθεύκασι δ᾽ ἔνιοι καὶ διότι αὐθημερὸν . . ἀπαγγελθείη . . τὸ συμβὰν . . . καὶ εὑρεθείη τὸ τάχος τῆς ἀγγελίας ἀληθές*

post ὅτι 13ies = 26 optativi

a) 10 optativi praesentis

α 7ies β — XI 515 (II 468, 20) *ἱστοροῦσι . . . ὅτι αὐτοῖς εἴη νόμιμον* XV 694 (III 196, 8) *προστίθησι . . ὅτι . . νόμος εἴη* XV 706 (III 214, 3) *φησὶν ὅτι . . . ὀροπέδιον εἴη . . . ὑποκειμένων δὲ τούτῳ χρυσωρυχείων οἱ μεταλλεύοντες εἶεν μύρμηκες* I 55 (I 85, 1) *ἐπιφέρει . . . ὅτι δοκοίη* XIII 622 (III 74, 11) = Epit. Pal. XIII 71 *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ὅτι . . . . . κηρύττοιεν οἱ δανεισταί* XV 711 (III 222, 6) *φησὶν ὁ Μεγασθένης ὅτι οἱ ποταμοὶ καταφέροιεν ψῆγμα χρυσοῦ καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ φόρος ἀπάγοιτο τῷ βασιλεῖ* XV 711 (III 222, 4) *μῦθος δὲ καὶ . . . ὅτι χαλκὸς ὕοιτο σταλαγμοῖς καὶ σύροιτο* VI 281 (I 448, 8) *μυθεύουσι δ᾽ ὅτι . . . ἐκ . . ἰχώρων τοιοῦτον ἴσχοι ῥεῦμα ἡ πηγή*. Codices Paris. 1397 et 1393 et Medic. 28, 5 exhibent *ἴσχει*. Sed cum in eodem enuntiato duo optativi obliqui (aoristi) antecedant, editores probabiliter optativum *ἴσχοι* receperunt; mutatio fere nulla est.

b) 16 optativi aoristi

α 6ies; β — XVII 814 (III 389, 10) *προστραγῳδεῖ . . ὁ Καλλισθένης ὅτι . . . . . τότε ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι καὶ μαντεῖα πολλὰ . . οἱ . . πρέσβεις κομίσαιεν* (*κομισθέντες* codd.) VI 281 (I 448, 5) *μυθεύουσι δ᾽ ὅτι τοὺς περιλειφθέντας τῶν γιγάντων . . . Ἡρακλῆς*

ἐξελάσειε, καταφυγόντες ⟨δὲ⟩ δεῦρο ὑπὸ γῆς περισταλεῖεν VI 274 (I 436, 1) φασί τινες . . ὅτι καθάλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα καὶ καταλίποι . . . τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν X 489 (II 423, 13) προσθέντες καὶ μῦθον ὅτι Ποσειδῶν . . . τρύφος τῆς Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλοι καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν XVII 808 (III 379, 19) μυθεύουσι δ' ὅτι . . . ἓν τῶν ὑποδημάτων . . . κομίσειεν . . . καὶ . . ῥίψειε . . .· ὁ δὲ . . . περιπέμψειεν . . .· εὑρεθεῖσα δ' . . . ἀναχθείη καὶ γένοιτο γυνὴ τοῦ βασιλέως, τελευτήσασα δὲ τοῦ λεχθέντος τύχοι τάφου XVII 827 (III 409, 23) Ποσειδώνιος εἴρηκεν ὅτι πλέων . . . προσενεχθείη τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ καὶ ἴδοι . . .

12ies post ὡς = 20 optativi

a) 5 optativi praesentis

α quater VI 265 (I 421, 16) ἔστι . . . λόγος ὡς ὁ πεμφθεὶς Λεύκιππος εἴη IX 424 (II 282, 13) Ἡσίοδος . . . περὶ τοῦ ποταμοῦ λέγει . . . ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φώκιδος X 472 (II 388, 17) παρατίθησι . . . . ὡς τὰ . . . ἱερὰ τοῖς Καβείροις ἐπιτελοῖτο XI 495 (II 434, 5) μῦθόν τινα προστησάμενοι ὡς . . . ἕκαστον . . . τῷ Ἡρακλεῖ παραδιδοίη. Praesentis optativus obliquus respondere solet indicativo praesentis vel imperfecti orationis directae; hunc autem optativum παραδιδοίη Strabo indicativi aoristi loco adhibuit.

β semel X 481 (II 408, 7) λέγεσθαι δ' ὑπό τινων ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ

b) 14 optativi aoristi

α 6ies VI 265 (I 421, 19) ἔστι . . λόγος ὡς . . . . . τὸν τόπον . . . μὴ ἀποδοίη VI 284 (I 453, 20) δεύτερος δ' (λόγος scil.) ὡς αὐτόθι μείνειε XI 495 (II 434, 3) μῦθόν τινα προστησάμενοι ὡς τὸν Ἡρακλέα κρύψειεν ἐν κευθμῶνι. Paris. 1393 et Venetus 640 praebent κρύψει; cur ultima optativi syllaba exciderit, clarum est.

XVI 764 (III 309, 14) τοῖς θρυλουμένοις . . . ὡς . . ἡ λίμνη προπέσοι καὶ πέτραι πυρίληπτοι γένοιντο, αἵ τε πόλεις αἱ μὲν καταποθεῖεν, ἃς δ' ἐκλίποιεν οἱ δυνάμενοι φυγεῖν X 476 (II 399, 8) εἰρήκασι . . ὡς τυραννικὸς . . γένοιτο VII 295 (II 13, 3) λέγων ὡς ἀναρπαγεῖσα ὑπὸ Βορέου κομισθείη

β ter VI 254 (I 404, 1) λέγειν τινάς φησιν ὡς . . . ἀφικόμενος Κρίμισσαν ἄκραν οἰκίσαι . . . v. 3) παρ' αὐτοῦ δέ τινες

σταλέντες . . . Αἴγεσταν τειχίσαιεν. In codicibus leguntur formae *οἰκίσαι* et *τειχίσαι*; dubitari non potest quin hi infinitivi, qui enuntiati structurae repugnant, ex optativis corrupti sint. X 482 (II 410, 8) *λέγεσθαι . . . ὡς καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος* X 479 (II 403, 9) *Καλλίμαχον λέγειν φασὶν ὡς ἡ Βριτόμαρτις . . . ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο . . . καὶ . . . Δίκτυννα προσαγορευθείη*

c) 1 optativus perfecti

XIV 643 (III 109, 8) *λέγει . . Σοφοκλῆς . . . ὡς εἱμαρμένον εἴη*.

β) Optativo potentiali enuntiati primarii assimulatus est hic optativus obliquus: VII 292 (II 9, 7) *οὔτε . . . ἀποδέξαιτ' ἄν τις ὅτι . . . μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελασθεῖεν*.

Strabo 44 locis quibus optativum post tempus secundarium adhibere potuit, indicativum praetulit:

19ies indicativum praesentis
10ies imperfecti
9ies aoristi
ter perfecti
bis plusquamperfecti.

1 futuri: XIV 638 (III 101, 13); X 482 (II 410, 14) legitur: *εἶπεν εἰδέναι διότι βασιλεύσοι* (*βασιλεύσει* duo codd. deter: Paris. 1394 et Medic. 28, 15). Pro optativo futuri inusitatissimo scribendum esse *βασιλεύσει* Ric. Foerster iure iudicat, praesertim cum Strabo *διότι* particulae saepissime indicativum adiungat.

Praeterea codices praebent indicativum (praesentis) in enuntiato pronuntiativo XV 716 (III 228, 15). Sed cum Strabo per paginas 715 et 716 — quo loco Onesicriti verba oratione indirecta reddidit — in ceteris enuntiatis pronuntiativis secundariis indicativos in optativos converterit, Meinekius pro illo indicativo optativum substituit. Nescio an Strabo, ut in antecedenti relativo enuntiato indicativum futuri praetulit, ita in hoc quoque enuntiato indicativum servaverit, ne optativi nimis cumularentur.

Post tempora primaria indicativum legimus 356ies, atque eum 1) post praesens vel perfectum auctoris 251ies, 2) post verum tempus praesens 105ies.

Duobus locis — XIII 622 (III 74, 8—11) et XVI 764 (III 309, 11 sqq.) — Strabo indicativum et optativum in eodem enuntiato coniungit; utroque loco in priore enuntiati membro indicativum usurpat, in posteriore optativum, quem assimulat ad optativum obliquum interiecti enuntiati relativi vel temporalis.

Duobus aliis locis editores indicativum, qui in codicibus optativo obliquo adiunctus est, probabiliter in optativum mutaverunt: VI 281 (I 448, 5) *μυθεύουσι δ' ὅτι τοὺς περιλειφθέντας τῶν Γιγάντων . . . Ἡρακλῆς ἐξελάσειε, καταφυγόντες ⟨δὲ⟩ δεῦρο ὑπὸ γῆς περισταλεῖεν, ἐκ δὲ ἰχώρων τοιοῦτον ἴσχοι ῥεῦμα ἡ πηγή.* Codices Paris. 1397 et 1393, Mediceus 28, 5, Venetus 377 : *ἴσχει.* Cum duo optativi antecedant, vix dubitari potest quin Strabo *ἴσχοι* scripserit; mutatio fere nulla est. — Similiter res se habet: XV 699 (III 204, 6) [in enuntiato causali] *κατὰ τοιαύτην αἰτίαν, ὅτι ἐρῷσαί ποτε τῶν νέων ἀφίσταιντο* (codd.: *ἀφίσταντο*) *τῶν ἀνδρῶν ἢ φαρμακεύοιεν αὐτούς.* Cum nulla utriusque membri differentia exsistat, Strabo haud dubie optativum *ἀφίσταιντο* adhibuit.

Addere liceat eum semel post verbum curandi optativum aoristi et indicativum futuri coniunxisse: I 2 (I 4, 22) *ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσει τοῖς ὕστερον ἐσομένοις* (cf. p. 79).

Nonnunquam etiam Strabo constructionem ita variat, ut primo optativum in enuntiato pronuntiativo secundario adhibeat, deinde transeat ad structuram accusativi cum infinitivo constructi: VI 274 (I 435, 15 sqq.); XIII 622 (III 74, 11 sqq.); XVI 779 (III 334, 7 sqq.); XVII 827 (III 409, 22 sqq.). Ad orationem directam ab optativo transsilit hoc loco XV 706 (III 214, 3).

Exstat optativus

post	*διότι*	*ὅτι*	*ὡς*	
tempus secund.	5ies	18ies	24ies	47ies
„ primar.	5ies	14ies	12ies	31ies
	10ies	32ies	36ies	78ies

indicativus

post	διότι	ὅτι	ὡς	
tempus secund.	13ies	23ies	8ies	44ies
„ primar.	58ies	280ies	18ies	356ies
	71ies	303ies	26ies	400ies.

Post διότι et ὅτι particulas Strabo indicativum longe praetulit, post ὡς optativum maluit; διότι coniunctionem nisi hiatus evitandi causa omnino non optativo praemisit; sed ante indicativum quoque plerumque eam eo consilio usurpavit, ut hiatum fugeret: 61ies inter 71 exempla.

Post tempora secundaria Strabo optativum praecipue in iis enuntiatis adhibere solet, quae pendent ex infinitivis vel aliis membris orationis obliquae: 34ies, indicativum 9ies; multo rarius optativum exhibet in illis enuntiatis, quae obnoxia sunt verbis orationis directae: 13ies, indicativum 33ies. Si summam facimus, habemus post tempora secundaria 47ies optativum ad 44 indicativi exempla = 1 : 0, 94; apud Polybium invenimus rationem 1 : 10, 4; apud Diodorum 1 : 19, 6; apud Dionysium 1 : 5, 7. Chartae Aegyptiae a. Chr. n. saeculorum optativum obliquum in enuntiato pronuntiativo secundario ter praebent, p. Chr. n. saeculis nullum exhibent exemplum; neque Philodemus optativo obliquo enuntiati pronuntiativi secundarii multum tribuit. Strabo autem a dialecti κοινῆς consuetudine quam maxime recedit atque optativum in his enuntiatis tantopere colit, ut etiam Dionysium, scriptorem Ἀττικιστήν, longe vincat; neque satis habet optativum post tempora secundaria revocasse, sed etiam post primaria eum adhibet: 30ies post praesens vel perfectum auctoris. Scriptores Attici hac condicione optativum perraro usurpant; neque Dionysius in optativo restituendo ab Attico more recessit. Strabo autem, cum optativum augere studeat, ipsam orationis Atticae normam transgreditur.

φάναι verbo, cui scriptores Attici infinitivum adiungere solent, Strabo ter ὅτι particulam cum optativo compositam adiungit. VI 274 (I 436, 1); XV 706 (III 214, 3); XV 711 (III 222, 6); indicativum quoque post φάναι adhibet, velut VII 314 (II 46, 2); XVII 825 (III 407, 6).

Philodemus hanc structuram usurpasse videtur tantum

bis: Acad. ind. p. 55 (Mekler) col. XV 3 ἔφη ὅτι; de vit. et mor. fr. XXIV 3 φή[σας ὡς δ'] ἂν αὐτὸς εἶπεν.

Maxime id est conspicuum, quod Strabo in enuntiato pronuntiativo semel μὴ particulam negativam pro οὐ exhibet: VI 265 (I 421, 16) ἔστι δέ τις καὶ οὗτος λόγος ὡς . . . τὸν τόπον μὴ ἀποδοίη. Simile habes exemplum in Sophoclis Antigona: 685 ἐγὼ δ' ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε, οὔτ' ἂν δυναίμην μήτ' ἐπισταίμην λέγειν.

2. In interrogatione indirecta

optativus obliquus legitur indicativi loco

I post tempora secundaria 12ies

a) 11 optativi praesentis

α ter VIII 380 (II 194, 4) εἰ λῷον εἴη XIV 648 (III 118, 13) εἴτε τὴν ὀνομαστικὴν δέχοιτο πτῶσιν . . . εἴτε τὴν δοτικήν XVI 785 (III 343, 17) εἰ . . . ἑκόντες παραδέχοιντο αὐτόν

β 8ies II 98 (I 148, 15) τίς δ' εἴη καὶ πόθεν, ἀγνοεῖν VII 302 (II 24, 9) ἐρέσθαι . ., τί μάλιστα εἴη VIII 354 (II 137, 14) πυνθανόμενον, πρὸς τί παράδειγμα μέλλοι ποιήσειν τὴν εἰκόνα (μέλλει Medic. 28, 5; Paris. 1393 et complures codd. deter.) XIV 644 (III 111, 19) ὠτακουστεῖν, τί φέροιεν καὶ ποῦ πλέοιεν = Epit. Pal. XIV 11 ἐρωτῶντες, τί φέροιεν ἐν τοῖς πλοίοις XVII 821 (III 399, 25) οὐκ εἰδέναι . . ., ὅστις εἴη Καῖσαρ καὶ ὅπου βαδιστέον εἴη VI 262 (I 417, 4) ἐπανερέσθαι . . . ., εἰ δοτὸν εἴη = Epit. Pal. VI 14 εἰ κελεύοι XV 722 (III 238, 2) φιλονεικῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον . . ., εἰ δύναιτο . . . τοσοῦτο στράτευμα διασῶσαι XV 716 (III 228, 21) ἐξερέσθαι, εἰ . . . λόγοι τοιοῦτοι λέγοιντο

b) 1 optativus aoristi

α II 101 (I 152, 3) τὸ ἀκρόπρωρον . . ἐπυνθάνετο, πόθεν ἐκπέσοι

II post tempora primaria

α) post praesens auctoris 2 optativi

α bis XII 550 (II 533, 21) ὁμοίως διαπορεῖ καὶ πῶς . . . τις νομίσειεν II 104 (I 156, 13) φησὶ . . ἄπιστον . . τοῦτο, πῶς . . . . τὰ τοσαῦτα διαστήματα . . . πορευτὰ γένοιτο

β) 2 post verum tempus praesens.

α semel; *β* semel XV 699 (III 203, 17) *παιδίον . . κρίνεσθαι . .*, *πότερον ἔχοι τὴν ἔντομον μορφὴν* (*ἔχοι* codd. optimi Paris. 1393; Venet. 640; Vatic. 1329; praeter hos Medic. 28, 15; ceteri codd.: *ἔχει*). XVI 746 (III 278, 6) *πυνθάνονται τῶν παριόντων, εἴ τίς τι ἔχοι λέγειν τοῦ πάθους ἄκος.*

γ) Sicut in enuntiato pronuntiativo secundario semel optativus obliquus assimulatus est ad optativum potentialem enuntiati primarii, ita in interrogatione quoque indirecta: XVII 793 (III 357, 2) *γνοίη δ' ἄν τις . . . ὁρῶν τὰς ὁλκάδας . . .*, *ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν.*

Contra illos 12 locos, quibus Strabo optativum post tempus secundarium usurpavit, stant 11, quibus indicativum maluit. Dionysius optativum obliquum interrogationis indirectae non plurimi aestimavit; hanc enim habet rationem optativi ad indicativum (post tempus historicum): 1 : 5, 56. Diodorus praebet 1 : 5, 8; Polybius 1 : 4,9; chartae Aegyptiae 9 : 13. Strabo omnes longe superat. Praeter illa 12 exempla, quae exstant post tempus secundarium, bis exhibet optativum post praesens auctoris (ad 37 indicativos); quin etiam eo procedit, ut post tempus verum praesens — id quod prorsus a norma Attica dissentit — optativum bis usurpet. Duae quoque chartae Aegyptiae IV. p. Chr. n. saeculi singula optativi exempla post tempus primarium exhibent.

Optativus dubitativus semel reperitur apud Strabonem — post tempus secundarium: IV 179 (I 278, 26) *τοὺς μὲν δὴ . . . ζητεῖν, ὅντινα τρόπον . . . πορίσαιντο τὸ προσταχθέν.* Coniunctivus dubitativus post tempus secundarium omnino non occurrit.

3. In enuntiato relativo

exstat optativus indicativi loco

I post tempora secundaria 11ies.

In enuntiato relativo finali semel invenitur optativus futuri: VI 280 (I 447, 4) *ἐκέλευε . . . . . τειχίζειν τόπον, ὅπου ἔσοιντο αἱ σύνοδοι.* Sed Strabonem hanc structuram, quae nullo alio loco apud eum occurrit, fortasse ex alio auctore assumpsisse Ric. Foerster iure monet; optativus enim futuri his temporibus quam maxime est inusitatus.

Indicativum futuri, quem scriptores Attici in huiusmodi enuntiatis adhibere solent, Strabo praebet X 478 (II 401, 15); bis etiam *ἔμελλον* formam cum infinitivo coniunctam eodem sensu usurpat: VI 278 (I 443, 7); X 468 (II 379, 9).

In enuntiato relativo consecutivo Strabo more Attico semper indicativum futuri habet.

In enuntiatis relativis orationis indirectae occurrunt

a) 5 optativi praesentis

VI 260 (I 414, 12) *παρ' οἷς καὶ οἱ τέττιγες εἶεν ἄφωνοι* X 482 (II 410, 19) *ἱστορήσαντα . . τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθυς . . τοὺς νόμους ἐκφέροι* XV 718 (III 231, 15) *τόν τε Μάνδανιν ἐπαινεῖσθαι, ὃς . . . φαίη* XV 726 (III 244, 23) *νῆσος, ἣ ἀφανίζοι τοὺς προσορμισθέντας* (*ἀφανίζοι* Vatican. 1329 et Paris. 1393; ceteri codd. *ἀφανίζει*) VII 302 (II 24, 10) *ὃ φοβοῖντο* XVI 764 (III 309, 12) *πόλεις . ., ὧν τῆς μητροπόλεως Σοδόμων σώζοιτο κύκλος ἑξήκοντα . . σταδίων*

b) 1 optativus aoristi

XV 716 (III 229, 1) *Διογένης, οὗ καὶ αὐτὸς ἀκροάσαιτο* XV 697 (III 200, 17) codices praebent: *καὶ τοῦτ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον συμβαῖνον* (scil. *ἤκουσεν*), *ὅσῳ πλεῖον* (scil. *οἱ ποταμοὶ*) *εἰς τὸ πρόσθεν *προιδεῖν*. Coraes et Meinekius Kramero probante pro *προιδεῖν* receperunt *προίοιεν*. Strabo autem in enuntiatis relativis longe saepissime indicativum optativo praetulit; itaque puto eum scripsisse *προίασιν*, quae forma codicum scripturae etiam similior est (*ΠΡΟΙΑCΙΝ, ΠΡΟΙΔΕΙΝ*).

II Post tempus primarium optativus obliquus legitur hoc loco:

XVII 829 (III 413, 7) *μετανάστας γάρ τινας ἱστορεῖ Λωτοφάγους, οἳ τὴν ἄνυδρον νέμοιντο, σιτοῖντο δὲ λωτόν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν, ἀφ' ἧς οὐδὲν δέοιντο ποτοῦ.*

Longe plerumque Strabo indicativum servare solet. Quantopere alienus sit ab optativo appetendo, vel ex eo intellegitur, quod etiam XV 715 et 716, in quibus paginis — Onesicriti verba oratione indirecta referens — plerosque indicativos in optativos convertit, relativorum enuntiatorum indicativum ter — III p. 228, 1; 228, 6; 228, 14 —, optativum semel tantum — III 229, 1 — adhibet.

Multo pluris quam optativum Strabo infinitivum aestimat in enuntiatis relativis orationis indirectae; post tempora secundaria optativum non saepius quam 7ies, infinitivum 27ies usurpat; hanc constructionem ad Ἀττικιστῶν scriptorum elocutionem pertinere Schmidius iudicat (Attizismus IV 689). Ab hac sententia quodammodo dissentire videtur, quod etiam Diodorus hanc structuram 10ies ita usurpat, ut optativum evitet. Philodemus quidem eam fere neglegit; tria exempla mihi praesto sunt: de Stoicis XVII 16 (Croenert, Kolotes und Menedemos, p. 57). Acad. ind. p. 62 S 32—33 et p. 94 XXII 6 (Mekler). Apud Strabonem illa structura ob eam causam saepius efficitur, quod auctor creberrime oratione obliqua utitur; apte igitur huiusmodi locis plus semel infinitivum in enuntiato relativo adhibet.

Non solum Strabo optativi pro indicativo usum in enuntiatis relativis neglegit, sed ceteri quoque omnes illius aetatis scriptores. Eodem modo veteres scriptores in enuntiato relativo optativum obliquum rarius adhibuerunt quam in ceteris enuntiatis.

In enuntiato relativo hypothetico Strabo optativum obliquum omnino non habet, coniunctivum cum ἂν coniunctum 9ies post tempus secundarium; neque Dionysius hunc optativi usum nimis diligit = 23 : 210 = 1 : 8; contra Diodorus eum pro rata parte pluris facit quam reliquum optativi usum = 10 : 45 = 1 : 4, 5.

4. In enuntiato causali

hos invenis optativos:

I post tempus secundarium 5 in oratione obliqua

a) 2 praesentis

VIII 375 (II 184, 15) *ὅτι . . . ὀρύττοντες τὴν γῆν ἐπιφέροιεν ἐπὶ τὰς πέτρας* XV 715 (III 228, 4) *διότι . . . ἐπιθυμοίη σοφίας*

b) 3 aoristi

VI 260 (I 414, 15) *νικῆσαι . . τὸν Εὔνομον . ., ἐπειδὴ . . . τέττιξ ἐκπληρώσειε τὸν φθόγγον* XVI 741 (III 270, 24) *ἐπειδὴ μόνοι . . . οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες* VIII 375 (II 184, 14) *ὅτι . . . οἱ μύρμηκες ἄνθρωποι γένοιντο*

II post tempus primarium

XV 705 (III 204, 5) *ἱστορεῖται . . . . καὶ τὸ συγκατακαίεσθαι . . τοῖς ἀνδράσιν τὰς γυναῖκας . ., ὅτι . . ποτε . . ἀφίσταιντο τῶν ἀνδρῶν ἢ φαρμακεύοιεν αὐτούς* = Epit. Pal. XV 13 *συγκατακαίουσι τὰς γαμετάς, ἵνα μὴ προφάσει μοιχείας . . . φαρμακεύοιεν . . τοὺς γαμετάς* codices exhibent *ἀφίσταντο*; non intellegitur, cur auctor in altero enuntiati membro indicativum adhibuerit, cum inter utrumque membrum nulla sensus differentia sit (cf. p. 70).

Post tempora secundaria (orationis obliquae) Strabo adiunxit particulae

ἐπειδή	bis	optativum;	septies	indicativum
ἐπεί	—	„	bis	„
ὅτι	bis	„	sexies	„
διότι	semel	„	semel	„
ὡς	—	„	bis	„
	5ies	„	18ies	„

Diodorus unum exhibet optativum ad 13 indicativos, Polybius et Dionysius nullum huiusmodi exemplum praebent.

5. In enuntiato temporali

unum optativi exemplum invenis — coniunctivi cum *ἂν* coniuncti loco — post tempus secundarium: V 249 (I 395, 2) *τέως ἀνθέξειν, ἕως τελεσφορήσειεν ἡ γογγύλη* (*τελεσφορῆσεν* Paris. 1393; sec. man. *εν* in *ει* mutavit).

Coniunctivum cum *ἂν* compositum Strabo post tempus secundarium 4 locis maluit; coniunctivum sine *ἂν* vocula exhibet — post *ἡνίκα* coniunctionem — VI 278 (I 443, 12), quo loco Antiochi Syracusani verba sequitur.

Strabo optativo in enuntiato temporali sicut in relativo minus favet; ne Dionysius quidem optativi obliqui in enuntiato temporali usum colit (7 exempla); Diodorus (1 : 60) et Polybius (2 : 30) eum prorsus neglegunt. — Strabo 27ies indicativum optativo praetulit in enuntiatis temporalibus orationis obliquae (9ies post *ἡνίκα*, 7ies post *ἐπειδή*, 5ies post *ὅτε*, bis post *ὡς*, bis post *ἕως*, semel post *πρίν*).

Pauca liceat adiungere de *πρὶν* particulae usu [1]):

[1]) Cf. A. Tschuschke, De *πρίν* particulae apud scriptores aetatis Augusteae prosaicos usu. Trebnitziae 1913. p. 23 sqq.

1. Post enuntiata affirmativa Strabo more Attico illi particulae semper adiungit infinitivum: 21ies. Inter haec exempla 8ies legitur πρὶν ἢ coniunctio, 13ies πρίν. Praeterea πρὶν ἢ coniunctio occurrit VII 293 (II 10, 4); hoc autem loco Strabo Posidonii verbis uti mihi videtur.

2. Post enuntiata negativa auctor usurpat

a) 5ies indicativum (aoristi) (= ἕως cum indicativo); bis πρίν: XVI 752 (III 290, 10) et VIII 352 (II 134, 21) quo loco auctor πρὶν cum indicativo coniunctum substituit pro Homerica structura: ὄφρα cum indicativo. — ter πρὶν ἤ: I 58 (I 88, 13); V 249 (I 395, 24); XV 698 (III 201, 18); praeterea Strabo πρὶν ἢ coniunctione semel — I 16 (I 24, 24) — inducit versum ex Odyssea (γ 270) allatum.

b) coniunctivum (aoristi) cum ἂν compositum: VII 328 (II 70, 13); XV 727 (III 246, 10);

c) coniunctivum (aoristi) sine ἄν: IV 198 (I 311, 8); hoc loco Strabo Posidonii verba oratione obliqua profert; forsitan apud illum hanc structuram invenerit.

d) Cum Homerus etiam post enuntiata negativa saepius infinitivum usurpet [1]), scriptores Attici vetustiores hac condicione infinitivum fere non adhibent. Strabo post enuntiata negativa, interrogativa, condicionalia his locis infinitivum πρὶν particulae adicit: I 44 (I 67, 10); I 51 (I 79, 4); I 57 (I 86, 23); VI 253 (I 402, 11); XV 703 (III 210, 3). Praetermitto unum exemplum — πρὶν ἤ VI 279 (I 444, 19) — quia Strabo hoc loco Ephori verba profert.

Strabo πρὶν ἢ coniunctionem, quam et Attici scriptores et Homerus [2]) neglegebant, Ionici autem auctores recentiores (imprimis Herodotus) colebant, non adhibet nisi ante consonantes (14ies), ita ut hiatus non exsistat; πρὶν particulam 13ies ante consonantes, 10ies ante vocales adhibet. Polybius [3]) autem et Diodorus [3]) et Dionysius [3]) πρὶν fere non usurpant nisi ante

---

[1]) Ric. Foerster, De usu coniunctionis πρὶν Homerico et Hesiodeo (Miscell. philol. societ. lat. Vratislav. 1863 p. 15).

[2]) Apud Homerum non plus duo exempla exstant. Ric. Foerster, l. l. p. 16—17.

[3]) Kallenberg, Textkritik und Sprachgebrauch Diodors. II. - Programm des Friedrich-Werderschen Gymnasiums zu Berlin, 1902, p. 12—15.

vocales, ne *πρὶν ἢ* coniunctione hiatum efficiant; ante consonantes autem longe praeferunt *πρὶν ἤ*.

6. In enuntiato finali

habemus optativum obliquum

I post tempora secundaria 16ies

8ies ex *ἵνα* coniunctione pendentem

a) 7 optativos praesentis

IV 206 (I 324, 20) *ἐφείδοντο . . . τῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἵν' ἔχοιεν χορηγούς* VII 312 (II 41, 11) *ἵν' οὖν ἀντέχοιεν* (*ταῦτ' ἔχοιεν* codd.), . . . *φρουρὰν ἐγκατέστησαν* XII 538 (II 512, 5) *τάχα δὲ καὶ ἐπίτηδες, ἵνα . . . μὴ ληστεύοιεν* (*πιστεύοιεν* codd.) XV 721 (III 237, 8) *ἵν' . . τῷ ναυτικῷ τὴν παραλίαν ἐπιτηδείαν παρασκευάζοι* XVI 743 (III 274, 16) *φειδόμενοι τῶν Σελευκέων, ἵνα μὴ κατασταθμεύοιντο ὑπὸ τοῦ Σκυθικοῦ φύλου* V 215 (I 339, 29) *ἔθος δὲ ποιῆσαι . . ., ἵνα μένοι παρὰ μόνοις τὸ γνήσιον γένος* XV 716 (III 228, 15) *τά γε σώματα ἀσκοῦσι πρὸς πόνον, ἵν' αἱ γνῶμαι ῥωννύοιντο.*

Straboni etiam hoc exemplum tribuendum videtur, quod epitome Vaticana in excerptis deperditae Geographicorum partis praebet: lib. VII fr. 25 (II 81, 24) *ἐμπρήσασαι τὰς ναῦς, ἵνα μὴ ταῖς γυναιξὶ τῶν ἑλόντων αὐτὰς δουλεύοιεν*

b) 1 aoristi: VI 264 (I 420, 20) *μεταπεμφθῆναι δὲ . . . ., ἵνα μὴ Ταραντῖνοι . . ἐπιπηδήσαιεν τῷ τόπῳ*

ter post *ὅπως*

III 175 (I 272, 25) *τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπακολουθούντων . . ., ὅπως . . . γνοῖεν τὰ ἐμπόρια* III 165 (I 256, 18) *ἐπανέλθοι . . ., ὅπως μὴ ἀπολέσειε τὸν μισθόν* X 480 (II 407, 14) *ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν . . οἱ πενέστεροι*

ter post *μή*

V 222 (I 351, 10) *κωλυομένους* (scil. *τοὺς ποταμούς*) . . ., *μὴ . . . κατακλύζοιεν τὴν χώραν* XV 720 (III 234, 22) *ἀπιέναι δεῖν, μή τι τῶν ἀβουλήτων . . συμπέσοι* XVII 803 (III 373, 11) *λαθεῖν βουλομένη τὸν Τυφῶνα, μὴ . . ἐκρίψειε τὸ σῶμα τῆς θήκης.*

ὡς ἂν coniunctionem Strabo semel adhibuisse videtur: III 152 (I 234, 15) *ἐπετείχισε τὴν Ὀλυσιπ[ῶνα], ὡς ἂν ἔχοι τοὺς*

ἀνάπλους ἐλευθέρους. Hanc lectionem Kramer recepit pro codicum scriptura: *ολοσιντωσαν*. Meinekius [1]) scribendum censet: *Ὀλυσιπῶνα ἵν'* . . . Krameri coniecturam praeferendam esse puto, *ΩΝΑ* litterae iuxta *ΩΣΑΝ* facile omitti poterant. — *ὡς ἂν* coniunctio auctoribus dialecti *κοινῆς* primi p. Chr. n. saeculi usitata est [2]). Attici autem et *Ἀττικισταὶ* scriptores eam fere non usurpant [2]).

II Post tempora primaria

optativus pendet ex *ἵνα* particula bis

I 9 (I 15, 16) *προσήκει . . ἐμφανίζειν, ἵν' εἴη γνώριμα* XV 704 (III 212, 8) *ἵνα δὲ μὴ . . . ἀποσείοιντο, . . τοὺς ἱμάντας περιτιθέασιν*

ex *ἵνα μὴ* semel, ex *μὴ* semel

XV 712 (III 223, 20) *ταῖς δὲ γυναιξὶν . . μὴ συμφιλοσοφεῖν τοὺς Βραχμᾶνας· εἰ μὲν . . ., ἵνα μή τι . . . ἐκφέροιεν· εἰ δὲ . . ., μὴ καταλείποιεν αὐτούς* (*καταλίποιεν* Venet. 640 et nonnulli codd. deter.).

ter ex *ὅπως*

XV 707 (III 216, 25) *τὰς . . διώρυγας . . . ἐπισκοποῦσιν, ὅπως . . πᾶσιν ἡ τῶν ὑδάτων παρείη χρῆσις* XV 708 (III 217, 8) *τὰς γενέσεις καὶ θανάτους ἐξετάζουσι . . ., ὅπως μὴ ἀφανεῖς εἶεν* XVII 817 (III 393, 24) *διασημαίνουσι τοῖς ἄλλοις, ὅπως εἰδεῖεν*.

Coniunctivum post tempora secundaria Strabo quattuor locis exhibet; sed nusquam in conexu orationis obliquae coniunctivum servavit.

Post verba curandi

optativum 5ies invenis:

I post tempus secundarium bis, pendentem ex *ὅπως*

XVI 783 (III 340, 19) *στοχαζομένη, ὅπως μὴ . . . ἔχοι*.

Optativum aoristi et indicativum futuri Strabo coniunxit hoc loco: I 2 (I 4, 22) *περὶ τὰς πράξεις ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσει τοῖς ὕστερον ἐσομένοις*.

---

[1]) Vindiciae Strabonianae, p. 25.

[2]) Schmid, Attizismus IV 621.

— Simile invenis exemplum apud Herodotum I 117: *ἐβούλευον σκοπέων ὅκως σοί τε ποιήσω κατὰ νόον καὶ ἐγὼ μὴ εἴην αὐθέντης*. Dionysius bis in enuntiato finali optativum et coniunctivum posuit [1]). Libanius uno loco (Foerster, vol. VI 407, 2) primo coniunctivum, deinde bis optativum, tum iterum coniunctivum exhibet. Non alienum videtur commemorare Dionem Chrysostomum semel (v. Arnim, vol. I 58, 2) in enuntiato condicionali indicativum et optativum futuri coniunxisse [2]).

II Post tempus primarium optativus ter occurrit

1 pendens ex *ὅπως*

XV 708 (III 217, 11) *οἷς μέτρων μέλει . .*, *ὅπως ἀπὸ συσσήμων πωλοῖτο* (*πωλεῖτο* Vatican. 1329)

bis post *μή*

XVII 836 (III 424, 14) *φυλαττόμενοι μὴ ἐμπέσοιεν εἰς* . . .
XV 733 (III 256, 11) *σφαγιάζονται φυλαττόμενοι, μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος αἱμαχθείη*.

Post tempus secundarium coniunctivus omnino non exstat, semel — I 2 (I 4, 22) — indicativus futuri, quem scriptores Attici in his enuntiatis praeferebant.

Dialecti *κοινῆς* consuetudo structuram huiusmodi enuntiatorum miscet cum enuntiatis finalibus; velut Novum Testamentum, cum in enuntiatis finalibus nonnunquam indicativum futuri praebeat, post verba curandi eum omnino non exhibet.

Age, in uno conspectu ponamus, qualis sit optativi usus apud Strabonem in enuntiatis finalibus et in iis, quae pendent e verbis curandi

	Post temp. primar.	post temp. secund.	
	habes optativos	optativos	coniunctivos
post *ἵνα*	3	9	3
μή	3	3	—
ὅπως	4	5	1
ὡς ἄν	—	1	—
	10	18	4

[1]) Schroefel, l. l. p. 71.
[2]) Jaekel, l. l. p. 25.

Qualis fuerit prioribus temporibus optativi in enuntiato finali usus, Henricus Diehl[1]) explicavit: apud eos scriptores, qui fuerunt ante Herodotum, multo saepius post tempus praeteritum invenitur optativus quam coniunctivus. Haec ratio primo est immutata ab Herodoto, apud quem coniunctivorum numerus paene altero tanto maior occurrit. Eius exemplum Thucydides secutus est. Apud oratores Atticos coniunctivus eundem fere locum obtinet atque optativus. Plato autem et Xenophon optativum saepius usurpant. Deinde optativus paulatim coniunctivo cedere coepit, imprimis apud rerum scriptores. — Aristotelem et Theophrastum iam nunquam optativum in enuntiato finali adhibere supra commemoravi. Hanc optativi ad coniunctivum invenimus rationem (post tempus secundarium)

apud	Polybium	1 : 39	
	Diodorum	1 : 22, 4	
	Dionysium	1 : 1, 8	
	Strabonem	4, 2 : 1	
	Iosephum[2])	1 : 2	
	Dionem Chrysostomum[3])	1 : 3, 4	
	Plutarchum[2])	1 : 1, 1	(*βίοι παράλληλοι*)
	Arrianum[2])	3, 9 : 1	(*Ἀνάβασις*)
	Appianum[2])	7, 4 : 1	(*Ῥωμαική*)
	Herodianum[2])	2, 9 : 1	

Philostratus II[4]) vero (in vita Apollonii et in vitis sophistarum) post tempus secundarium coniunctivum omnino non adhibet, post tempus primarium 8ies tantum; ceteris omnibus locis optativum usurpat. — Inde a Dionysii aetate optativum reviviscere patet. Dionysius, ut optativum non mediocriter auget, ita coniunctivum saepius retinet; Strabo numero exemplorum ei minime par est, sed pro portione mirum quantum eum vincit; optativo enim ita favet, ut coniunctivum post tempus secundarium fere depellat; atque hac in re coniungendus

[1]) H. Diehl, De enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis. Programm des König-Wilhelms-Gymnasiums zu München 1895 p. 20.

[2]) Ibidem p. 18—19.

[3]) Iaekel p. 28 sqq.

[4]) Ib. p. 61 sqq.

est cum nonnullis scriptoribus posterioris aetatis, cum Arriano, Appiano, Herodiano, Philostrato II, qui optativi usum in enuntiato finali eximie — etiam magis quam veteres scriptores Attici — colunt. Omnes auctores, quos supra attuli — Polybio et Diodoro exceptis — post primaria quoque tempora optativum interdum adhibent. Etiam Dionysius, qui in ceteris enuntiatis optativum post praesens auctoris raro, post verum tempus praesens nunquam exhibet, in enuntiato finali 8ies optativum post verum tempus praesens usurpat. Strabo eum 10ies ita usurpat; Philo vero optativi usurpandi rationem ita mutat, ut post tempus secundarium in enuntiato finali ad 64 coniunctivi exempla 6ies optativum adhibeat, post praesens autem tempus plus duplicem numerum (13) optativorum praebeat. Chartae Aegyptiae, quae a. Chr. n. saeculis in enuntiato finali non plus unum optativi exemplum praebent, p. Chr. n. saeculis 10 exempla exhibent, atque 4 post tempus secundarium, 6 post primarium. Ii igitur, qui illas papyros conscripserunt, sicut Philo tempus verbi primarii omnino non respexerunt.

In enuntiatis a verbo timendi pendentibus optativus nisi post tempus secundarium non exstat:

a) 1 praesentis optativus

X 482 (II 410, 16) *δείσας μὴ . . . αἰτίαν αὐτὸς ἔχοι*

b) 3 aoristi optativi

XIII 591 (III 20, 8) *δεδιὼς μὴ αἱ πόλεις πορθμεῖα παράσχοιεν τῇ στρατιᾷ* X 462 (II 367, 14) *δείσαντα μὴ . . κατάσχοιεν τὴν . . . ἀρχήν* VII 302 (II 24, 11) *ὅτι οὐδένα* (scil. *φοβοῖντο*) *πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι.* Cum his verbis conferas Arriani Anab. I 4, 8 (Roos p. 9, 29) *ἔφασαν δεδιέναι μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι.* Cum et Strabo et Arrianus his locis orationem ex Ptolemaeo Lagi hauserint, optativus quoque forsitan ab illo profectus sit.

Contra illos 4 Strabonis optativos stat unus coniunctivus post tempus secundarium II 100 (I 150, 15). Efficitur igitur ratio 4 : 1; apud Polybium hanc habemus rationem (post tempus historicum) 1 : 11; apud Diodorum 1 : 78; apud Dionysium 1 : 8, 7; apud Philonem 0 : 5; apud Iosephum[1]) 1 : 1, 7; apud Dionem Chrysosto-

[1]) H. Diehl l. l. p. 20.

mum[1]) 1 : 2; apud Plutarchum[2]) 1 : 9, 4; apud Arrianum[2]) 1, 25 : 1; apud Appianum[2]) 3, 9 : 1; apud Philostratum II[3]) 3 : 2; apud Herodianum[2]) 1 : 2, 8. Iam vides plerosque posteriores auctores in his enuntiatis minus quam in finalibus optativi usum auxisse. Strabo autem in his quoque enuntiatis optativum pro portione maxime dilexit.

Comprehendamus optativi obliqui usum: Strabo in enuntiatis relativis et temporalibus optativum obliquum restituendum non curat; Dionysius quoque in his enuntiatis optativum neglegit; in ceteris autem enuntiatis Strabo optativi obliqui usum ita auget, ut a consuetudine dialecti *κοινῆς* quam maxime distet. Numero quidem exemplorum Dionysio aliquantum cedit; multo enim rarius ei occasio datur optativi post tempus secundarium adhibendi quam Dionysio in historia; tamen pro rata parte in plerisque enuntiatis ei non mediocriter praestat. Quem cursum dialecti *κοινῆς* sermo tenuerit, optime percipimus e Polybii, Diodori, Philodemi, Philonis Alexandrini usu; hic cum optativum obliquum summo studio restituerit, in enuntiatis pronuntiativis et interrogativis secundariis et relativis indicativum post tempus secundarium 91 ies adhibuit, optativum semel. Consideranti Strabonem in enuntiato pronuntiativo et interrogativo secundario post tempus historicum optativum saepius quam indicativum, in enuntiatis finalibus et a verbo timendi pendentibus saepius quam coniunctivum adhibuisse clarum fit, quantopere a sermone hellenistico recesserit.

A consuetudine Attica Strabo eo discessit quod post primaria quoque tempora non raro optativum usurpavit: tertia fere est pars omnium optativorum obliquorum. Philo eo progressus est ut plerumque optativum post tempus primarium adhiberet, fere tertiam partem post tempus praeteritum.

§ 4.

De optativo iterativo.

1. In enuntiato temporali

optativus iterativus 7 ies reperitur significans rem tempore praeterito iteratam:

[1]) Iaekel l. l. p. 30. [2]) H. Diehl l. l. p. 20. [3]) Iaekel l. l. p. 64.

post *ἡνίκα*

XI 524 (II 486, 11) *Κοσσαίους . . δῶρα λαμβάνειν, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς . . . εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καταβαίνοι*

post *ὅτε* 6ies

a) 5 optativi praesentis

XIII 622 (III 74, 11) *ὅτε μέντοι ὄμβρος εἴη* = Epit. Palat. XIII 71. XI 526 (II 489, 11) *ἐπικρυπτομένην τὴν ὄψιν, ὅτε ἀντὶ τοῦ βασιλέως ἐξίοι* XVI 783 (III 340, 17) *ὅτ' ἐξίοι . . τις, . . ἀεὶ προυτίθει* III 163 (I 254, 6) *δεδιδαγμένων ἵππων . . . κατοκλάζεσθαι ῥαδίως . ., ὅτε τούτου δέοι* XVII 804 (III 374, 18) *ὥστε, ὅτε βούλοιντο, ἐκπλεῖν ἀκωλύτως*

b) 1 optativus aoristi

V 232 (I 367, 3) *ἀνεῖται τοῖς ἡγεμόσιν εἰς . . . ἄνεσιν, ὅτε λάβοιεν καιρόν.*

Semel Strabo optativum iterativum usurpat, cum enuntiatum primarium habeat tempus praesens: XIII 611 (III 55, 7) *φησὶν Ἡρόδοτος, ὅτε μέλλοι* (*μέλλει* Venet. 378; Paris. 1394; Medic. 28, 15.) *τι ἀνεπιτήδειον ἔσεσθαι . . ., τὴν ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς πώγωνα ἴσχειν* = Herod. VIII 104: *ἐπεὰν . . . μέλλῃ τι ἔσεσθαι χαλεπόν, τότε ἡ ἱέρεια φύει πώγωνα μέγαν.* Strabo *ὅτε* particulam cum optativo iterativo coniunctam ita in deliciis habet, ut pro Herodoti coniunctivo optativum substituat.

Epitome Palatina in excerptis extremi libri septimi duos exhibet optativos iterativos: VII fr. 3 (II 74, 3—6). Minor autem huius epitomes fides est, quam ut illos optativos in Strabonis exemplis numeremus.

2. In enuntiato relativo

habes 5 optativos iterativos, qui exprimunt rem tempore praeterito iteratam:

a) 1 optativum praesentis

IV 206 (I 324, 7) *καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνοντας, ὅσας φαῖεν οἱ μάντεις ἀρρενοκυεῖν*

b) 4 aoristi

V 219 (I 346, 17) *ὅπου γε συμπνεύσαιεν, ἱκανοὶ ἦσαν* XIV 643 (III 109, 14) *ὥσθ' ὅπου ποτὲ . . . τὸ ἱππικὸν τῶν*

Κολοφώνιοι ἐπικουρήσειε, λέγεσθαι τὸν πόλεμον X 478 (II 401, 22) *προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη, ὁποτέροις προσγένοιτο* X 457 (II 357, 17) *ὅτι τοὺς παῖδας αὐτῆς πέρνασχ', ὅν κε λάβοι.* Haec verba referuntur ad Iliadis Ω 752 *πέρνασχ', ὅν τιν' ἕλεσκε.* Strabo igitur pro indicativo optativum iterativum adhibere maluit. — *κε* particulam Strabo hoc solo loco — usu Homerico inductus — adiecit. Scriptores hellenistici optativo iterativo et obliquo nonnunquam *ἂν* voculam addunt. Strabo hunc usum nusquam sequitur nisi VIII 373 (II 179, 6), ubi Theophrasti verba profert.

3. Accedunt **in enuntiato condicionali** tres optativi iterativi.

Strabo non multa optativi iterativi exempla praebet. Non modo Dionysius (150 exempla), sed etiam Polybius (23) et Diodorus (38) plura praebent exempla. Inter 100 optativos occurrunt apud Polybium plus minusve 10, 6 iterativi, apud Diodorum 15, apud Dionysium 11, 6, apud Strabonem 2, 4. Chartae Aegyptiae inter 374 omnes optativos habent 2 iterativos (in singulis III. et II. a. Chr. n. saeculi papyris). Strabo cum plerumque tempore praesenti utatur, rarius habet facultatem iterativi optativi recte usurpandi; coniunctivum cum *ἂν* compositum ad rem tempore praeterito iteratam significandam fere non exhibet; nonnunquam autem more hellenistico optativo iterativo indicativum praefert. Tamen Strabonem optativum iterativum non nimis contemnere vel ex eo cognoscis, quod duobus locis — X 457 (II 357, 17) et XIII 611 (III 55, 7) — indicativum vel coniunctivum, quem apud Homerum vel Herodotum invenit, in optativum convertit. — Quibus expositis reliquum est ut de enuntiati condicionalis usu agamus.

§ 5.

De enuntiato condicionali.

Primum quaeramus, qualis sit optativi potentialis usus in enuntiato condicionali:

S o l i t a m   c o n d i c i o n i s   p o t e n t i a l i s   f o r m a m — *εἰ* c. opt., opt. c. *ἄν* — 23ies habemus:

1. Optativum praesentis activi in apodosi 11ies invenis, atque ita ut in protasi habeas:

a) sexies optativum praesentis

II 97 (I 146, 23) *εἰ . . . . δίχα τέμνοις τὴν γῆν, οὐκ ἂν εἰκότως ἑκάτερον τῶν ἡμισφαιρίων . . . τέμνοις εἰς ζώνας ἕξ, ἀλλὰ ἡ εἰς πέντε ἀρκοῦσα ἂν εἴη* I 9 (I 15, 17) *οὐκ ἂν εἴη θαυμαστόν, οὐδ' εἰ ἄλλος . . . προσήκοι χωρογράφος* II 115 (I 173, 10) *οὐδὲν ἂν εἴη πλεονέκτημα . . γνωρίζειν . . . . τοὺς ἐνοικοῦντας, καὶ μάλιστα εἰ νήσους οἰκοῖεν τοιαύτας* IX 397 (II 224, 5) *πολὺ δ' ἂν πλείων εἴη λόγος, εἰ τοὺς ἀρχηγέτας τοῦ κτίσματος ἐξετάζοι τις* (*ἐξετάζει* Paris. 1397 sec. man. (in sched. agglut.); Paris. 1393 sec. man.; Vatic. 174) I 55 (I 84, 7) *οὔτ' εἰ τρόπος εἷς εἴη, ταύτην ἂν ἔχοι τὴν αἰτίαν* VII 322 (II 59, 11) *οὐδ' εἰ δύναιτό τις ἀκριβοῦν ταῦτα, οὐδὲν ἂν ποιοίη χρήσιμον* III 172 (I 267, 11) *ὁ Πίνδαρος οὕτως ἂν ὀρθῶς λέγοι πύλας Γαδειρίδας, εἰ ἐπὶ τοῦ στόματος νοοῖντο αἱ στῆλαι*

b) ter optativum aoristi

XV 724 (III 241, 3) *εἰ δή τις ἀφέλοι τοὺς χιλίους . . .*, *ἔχοι ἂν τὸ λοιπὸν τὸ . . μῆκος τῆς χώρας* VIII 351 (II 132, 26) *εἰ . . ὑπόθοιτό τις . . .*, *πολὺ ἂν εἴη τὸ διάστημα* (*ὑποθεῖτο* Medic. 28, 5 et Venet. 377) VI 274 (I 436, 9) *εἰ δὲ καταρριφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν . . .*

2. in apodosi semel optativum praesentis medii invenis, in protasi semel optativum praesentis activi: I 20 (I 30, 22) *πιθανώτερον ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι . . . τῶν ἀληθινῶν*

3. in apodosi quater optativum praesentis passivi; in protasi

a) semel optativum praesentis

I 6 (I 9, 26) *τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον . . .*, *εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον*

b) ter optativum aoristi

VIII 351 (II 132, 16) *εἰ . . . τις . . ἐπινοήσειεν, οὐκ ἂν οἰκείως λέγοιτο ἡ . . ναῦς . . ἐνεχθῆναι* X 480 (II 406, 5) *οὔτ' εἰ* (*ὅτι* Medic. 28, 5, Paris. 1393, Venet. 640 et nonnulli codd.

deter.) *συγχωρήσαιμεν τοῦτό γε, ὁ ἑξῆς λόγος σώζοιτ' ἂν* XIV 678 (III 169, 17) *εἰ δ' οὖν . . . συγχωρήσαιμεν, τὰ πλεῖστά γε . . . . ἐντὸς ἀπολαμβάνοιτ' ἂν*

4. in apodosi quater optativum aoristi activi, in protasi

a) ter optativum praesentis

I 11 (I 17, 18) *εἴ τις λέγοι . . ., εἰς φρόνησιν . . οὐδὲν ἂν συλλαμβάνειν δόξειεν, . . . πλὴν εἰ καταμίσγοι . . . παραδείγματα χρήσιμα* (*καταμίσγει* Paris. 1393) II 71 (I 110, 15) *ὅρα γάρ, εἰ τοῦτο μὲν μὴ κινοίη τις . . . ., ποιοίη δὲ . . . ., ὅσα ἂν συμβαίη ἄτοπα* XV 686 (III 182, 4) *Εἰ . . τις . . . : ἐπιβλέποι . ., πολὺ ἂν εὕροι . . τυφλότερα*

b) semel optativum aoristi

II 72 (I 112, 2) *εἰ δὴ τοῦτο προσθείη τις . . . ., ἐκπέσοι ἂν . . . τὰ ἔθνη τῆς οἰκουμένης*

5. ter optativum aoristi medii in apodosi, in protasi

a) bis optativum praesentis

I 55 (I 84, 10) *οὐδὲ . . ἐπὶ τῶν ποταμῶν τοῦτο γένοιτ' ἄν, εἰ μὴ καταράκτας ἔχοιεν* X 454 (II 351, 24) *κυρίως . . ἀκούων τις τὴν πόλιν δέξαιτ' ἄν, ὡς καὶ Ἀθήνας . . εἴ τις λέγοι*

b) bis optativum aoristi

V 236 (I 373, 24) *εἴ τις . . . ἴδοι . . βασιλικὰς στοάς . ., ἴδοι δὲ καὶ τὸ Καπιτώλιον . . . ., ῥᾳδίως ἐκλάθοιτ' ἂν τῶν ἔξωθεν*

6. semel optativum perfecti in apodosi, semel praesentis in protasi VII 295 (II 14, 4) *εἴ γε τοὺς . . . Μυσοὺς δέχοιτό τις, ἀπηρτημένος* (*ἀπηρτιμένος* Paris. 1393) *ἂν εἴη ὁ λόγος*.

Indicativum potentialem temporis praeteriti Strabo adhibet in apodosi huius enuntiati, cuius in protasi usurpat optativum:

I 66 (I 102, 16) *εἰ δ' ἐπινοοίη* (*ἐπινοεῖ* codd.; Kramer: *ἐπινοοῖ*; cf. p. 43) *μὲν μὴ τὴν οἰκουμένην, μέρους δέ τινος αὐτῆς τὸν μερισμὸν ποιοῖτο* (*ποιεῖτο* Paris. 1393 et Medic. 28, 5), *τίνος ἄν τις μέρους τῆς οἰκουμένης μέρος εἶπε τὴν Ἀσίαν*; Strabonem optativum in utroque protasis membro usurpasse persuasum habeo; totius enuntiati sensus optativum poscit. Strabo

sicut in antecedentibus enuntiatis indicativum praesentis et imperfecti nulla sensus differentia posuit, ita in hoc enuntiato potentialem formam praesentis et praeteriti temporis coniunxit.

In apodosi Strabo pro optativo potentiali indicativum futuri his 4 locis substituit, atque ita ut in protasi adhibeat

a) bis optativum praesentis

XII 554 (II 540, 9) *εἴ τις λέγοι, ... εὐήθη φήσομεν τὸν λόγον* I 52 (I 79, 8) *εἰ γὰρ τοῦτο συγχωροῖτο, προσερήσομαι καὶ τοῦτο*

b) bis optativum aoristi

II 75 (I 115, 18) *εἰ δὲ ἐάσειέ τις . . ., . . τὰ πρὸς τῷ Καυκάσῳ μέρη . . ἔσται βορειότερα* II 132 (I 201, 9) *εἰ δή τις . . . τέμοι . . . . ., ἔσται ἑπτακοσίων σταδίων ἕκαστον τῶν τμημάτων.*

In protasi Strabo indicativum futuri semel pro optativo substituit, atque ita ut in apodosi optativum malit: I 52 (I 79, 16) *εἰ γὰρ καὶ τοῦτο δώσουσιν, ἡ μὲν ἔκρυσις οὐκ ἂν κωλύοιτο.*

Auctor optativum in protasi hac quoque ratione saepius adhibet, ut in apodosi indicativum vel infinitivum praesentis ponat:

α) Indicativum praesentis legimus in apodosi 12 locis, quibus protasis exhibet

a) octies optativum praesentis

I 57 (I 87, 15) *τὸ ἄηθες ταράττει τὴν αἴσθησιν, οἷον εἴ τις λέγοι* II 84 (I 128, 10) *οὔθ᾽ ὁ Εὐφράτης ἑσπέριόν ἐστι πλευρόν, οὐδ᾽ εἰ ἐπ᾽ εὐθείας ῥέοι* XV 708 (III 217, 12) *οὐκ ἔστι δὲ πλείω τὸν αὐτὸν μεταβάλλεσθαι, πλὴν εἰ διττοὺς ὑποτελοίη φόρους* III 169 (I 264, 3) *πνίγεται τὸ ζῷον, εἰ μή τις ἀποσχάζοι τι τοῦ αἵματος* XV 707 (III 216, 17) *οὐκ ἔστι . . . . οὐδὲ πλείους* (scil. *ἐργασίας*) *μεταχειρίζεσθαι τὸν αὐτόν, πλὴν εἰ τῶν φιλοσόφων τις εἴη* III 149 (I 229, 11) *ὁ δὲ ποιητὴς . . . . δίδωσιν ἀφορμάς, ... εἴ τις ὀρθῶς συλλογίζεσθαι βούλοιτο* VIII 342 (II 115, 2) *εἰ . . . δεχοίμεθα . . . ., οὐκ οἶδ᾽ ὅπως* II 127 (I 192, 23) *ἔχει δέ τι πλεονέκτημα ἡ βία . . . πλὴν εἰ τῷ πλήθει κρατοῖτο* (*κρατεῖτο* Medic. 28, 5; Paris. 1393; Venet. 377)

b) quater optativum aoristi

II 92 (I 139, 23) *εἰ δ' οὖν παρείημεν* (codd.: *παρίημεν*) *τοῦτο, καὶ τῶν διαστημάτων τὰ πλεῖστα φανερῶς ψευδογραφούμενα ἐλέγχει τὴν ἀπειρίαν* XV 710 (III 219, 20) *εἰ δὲ μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσαιεν, . . ἔξεστι* II 116 (I 173, 21) *εἰ δὲ προστεθείη . . . ., γίνεται τὸ πᾶν* XII 551 (II 534, 14) *οὔτε* (*δεικνύουσιν* scil.) . . . ., *εἰ καὶ δοθείη*

β) Infinitivum praesentis quater habes in apodosi, cum in protasi exstet optativus:

a) bis praesentis

I 56 (I 85, 7) *ὥστε, εἰ ὕδατα εἴη, σύρρουν εἶναι* II 106 (I 160, 5) *ὁμολογοῦσιν, εἴ τις . . τὰς . . ἀνωμαλίας ὑποτέμνοιτο, μὴ μείζω . . . εἶναι . . τὴν . . Ἰβηρίαν*

b) bis aoristi

XV 705 (III 213, 22) *γυναῖκα δ' εὐδοκιμεῖν, εἰ λάβοι . . δῶρον ἐλέφαντα* XV 706 (III 215, 1) *εἰ δὲ γένοιντο, ἰᾶσθαι τοὺς σοφιστάς.*

Apodosis vice fungitur enuntiatum finale hoc loco: XV 712 (III 223, 21) *εἰ μὲν μοχθηραὶ γένοιντο, ἵνα μή τι . . ἐκφέροιεν.*

Ellipsin verbi in apodosi, optativum in protasi 10ies invenis:

a) septies optativum praesentis

I 22 (I 33, 5) *καθάπερ οὐδ'* (scil. *ἄξιον ἐπιλέγειν*) *εἰ φαίη* II 126 (I 191, 8) *εἰ . . . τὴν Μαιῶτιν προστιθείη . . τις, το τοῦ Ταναΐδος* (scil. *στόμα βορειότατόν ἐστι σημεῖον*) XIV 665 (III 146, 19) *νῦν δ' οὐκ εἰκός, ... πλὴν εἰ . . . . εἴη χρήσιμον* XVI 740 (III 269, 27) *τοὺς ἀνάπλους . . . οὐχ οἷόν τε ἐπανορθοῦν, εἰ μὴ ταχὺ μὲν ἐξανοίγοιτο τὰ στόμια τῶν διωρύγων, ταχὺ δὲ κλείοιτο,* (*κλείοιντο* codd.), *καὶ αἱ διώρυγες ἀεὶ μετριάζοιεν* XVII 809 (III 381, 13) *εἰ δὲ συγκομίζοι* (*συγκομίζει* Vatic. 1329; Medic. 28, 19) *καλῶς τις, καὶ εὐέλαιος*

b) ter optativum aoristi

II 116 (I 173, 16) *οὔτ' ὠφέλεια τοσαύτη τις, εἰ κατάσχοιεν* IV 193 (I 302, 7) *πῶς οὖν οἷόν τε . . ., εἰ . . προσδοίημεν*

XI 523 (II 484, 2) *ὕδωρ . . τοῖς . . ἱματίοις* (scil. *ἄκος ἐστίν*), *εἴ τις . . βάψειεν εἰς αὐτήν.*

Huc referendum est unum exemplum, quod apodosi caret: XIII 596 (III 28, 10) *εἰ μὴ τοῦτ᾽ αἰτιάσαιντο.*

Accedit singulare quoddam exemplum: II 73 (I 113, 4) *πεδίον ἐξαίσιον . . . . . σπάνιον, εἴ πού τι τῶν καρπίμων δένδρων φύοι.*

εἰ τύχοι formula semel legitur: II 83 (I 127, 12).

Grata etiam est Straboni ea forma enuntiati condicionalis, quae in protasi indicativum vel ellipsin verbi praebet, in apodosi optativum potentialem. Invenimus:

a) 20ies optativum praesentis

I 35 (I 53, 9) *εἰ δ᾽ οἱ ὕστερον . . . . μετήγαγον . ., οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ πάλαι* V 210 (I 332, 4) *ὥστ᾽, εἰ ἄρα, τοῦτ᾽ ἂν εἴη μία πλευρὰ* VII 295 (II 13, 2) *εἴ τινα Σοφοκλῆς τραγῳδεῖ . . . ., οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ νῦν* IX 397 (II 225, 6) *τί ἂν εἴη θαυμαστόν, εἰ πάλαι . . . καθαρὸν ἦν.* Haud dubie *ἂν εἴη* optativus potentialis exstitit IX 405 (II 241, 16), quo loco in codicibus undecim fere litteris omissis exstat: *. . ίη, εἰ μὴ . . . οὕτως εἴρηκεν* XI 519 (II 477, 10) *τὸ διάστημα . . ἐγγὺς ἂν εἴη τοῦ μεσημβρινοῦ . . . ., εἴπερ ἐστὶ τὸ μῆκος . . ἑπτὰ μυριάδες* XI 519 (II 477, 13) *εἰ οὖν . . . . . στάδιοί εἰσιν ὀκτακισχίλιοι, ... λοιπὸν ἂν εἴη τοῦ πλάτους . . . . . ὅσον εἰρήκαμεν* XII 552 (II 536, 4) *ταῦτα . . . εἰ καὶ ἔστι, πρὸς ταῖς πηγαῖς ἂν εἴη τοῦ Αἰσήπου* XIV 679 (III 170, 23) *εἰ δὲ διαιρετέον . . . . ., τέτταρα ἂν εἴη καὶ τὰ ἔθνη* XVII 813 (II 388, 1) *εἰ . . . ὁ Μέμνων . . . Ἰσμάνδης λέγεται, καὶ ὁ λαβύρινθος Μεμνόνιον ἂν εἴη* II 71 (I 110, 21) *εἴπερ ὁ αὐτός ἐστι παράλληλος . . . . ., τοσοῦτοι ἂν εἶεν καὶ οἱ ἀπὸ Μασσαλίας* I 11 (I 17, 13) *εἴπερ . . . . ἔστι . . . ἡ γεωγραφία περὶ τὰς ἡγεμονικὰς χρείας, ἔχοι ἄν τι πλεονέκτημα καὶ αὐτὴ* I 39 (I 58, 25) *εἰ . . . . ὁ ποιητὴς ἱστορήκει, πόσῳ μείζονα ἂν ἔχοιμεν πίστιν* I 8 (I 12, 25) *εἰ μὴ δυνατὸν . . . . ἅπαντα ἀκριβοῦν, τό γε ἐπὶ τοσοῦτον . . . . προσήκοι ἂν εἰκότως* II 112 (I 168, 12) *εἰ δ᾽ ἀπιστεῖ τις . ., διαφέροι ἂν . . . οὐδέν* III 138 (I 211, 13) *οὐδεὶς ἂν ἐπιβαίνοι, εἴπερ εὐθὺς ἡ νὺξ καταλαμβάνει* VIII 336 (II 99, 21) *εἰ δ᾽ ἀπὸ τοῦ Ἀχελῴου, πλεονάζοι ἂν ἑκατόν που σταδίοις* XVII 830

(III 415, 13) *λέγοι ἄν, εἰ ἄρα, τὴν τοιαύτην ἀπόφασιν* (*λέγει* Vatic. 1329) I 43 (I 65, 26) *εἰ . . . . ἐκεῖνος . . εἴρηκε . . . ., λέγοιτ᾽ ἂν καὶ οὕτως* I 46 (I 71, 14) *εἰ δ᾽, ὥσπερ ὁ Σκήψιός φησι . . . . ., οὔτ᾽ ἂν ἡ . . . πομπὴ πιθανῶς λέγοιτο*

b) 11ies optativum aoristi

I 35 (I 54, 7) *πολὺ δ᾽ ἂν ἀλογώτερον δόξειεν, εἰ . . . ᾔδει* VIII 372 (II 176, 20) *οὐκ ἂν θαυμάσειέ τις, εἰ . . οὕτω διείλοντο* I 48 (I 73, 27) *εἰ δὲ περὶ τῶν μνημονευομένων* (scil. *λέγει*), *οὐκ ἂν ὀκνήσαι τις εἰπεῖν* I 62 (I 95, 12) *εἰ οἱ ποιηταὶ μυθικώτερον οὕτω φασίν, οἵ γ᾽ ἐξηγούμενοι ἂν ἀκούσαιεν* X 455 (II 354, 6) *εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ τοὐναντίον ἂν γνοίης* I 6 (I 11, 2) *εἰ δέ τινα . . . διαλείμματα φαίνεται, συγγνοίη τις ἄν* I 6 (I 11, 4) *συγγνοίη δ᾽ ἄν, καὶ εἰ μυθώδη τινὰ προσπλέκεται* I 29 (I 45, 5) *εἰ δὲ . . . τὸ γνωριμώτατον . . ὁ ποταμὸς ἦν . ., . . . τίς ἂν . . . . . ὑπολάβοι* I 54 (I 82, 14) *ὁμοίως . . συνιζήσεις . . . . γένοιντ᾽ ἄν, εἴπερ . . . . . φασί* XII 551 (II 535, 19) *τί ⟨δ᾽⟩ εἰ . . . . . καθ᾽ Ὅμηρον εἰς δόξαν ἀφῖκτο τὰ ἀργυρεῖα, ἆρα μέμψαιτό τις ἂν τὴν ἀπόφασιν τοῦ ποιητοῦ;*

Praeterea Kramer optativum potentialem restituendum censet I 11 (I 18, 11) *εἰ ἄρα, ἐπισημήναιμεν ἂν* (codd.: *ἐπισημηνάμενον*) *ἐπὶ κεφαλαίῳ μικρά.* Meinekius medii formam *ἐπισημηναίμεθ᾽ ἂν* iure praeferre mihi videtur. Strabo enim huius verbi activum nusquam, medium 6ies adhibet.

c) semel optativum perfecti

XIV 681 (III 173, 3) *ἀλλ᾽ εἰ οὕτως ἔχει, ἡ μὲν μετανάστασις ὕστερον ἂν εἴη τῶν Τρωικῶν γεγονυῖα.*

Coniunctivum ex *ἐὰν* particula pendentem in protasi ter reperis, cum in apodosi habeas optativum: II 90 (1 136, 9) *ἐὰν . . τὴν διάμετρον λοξώσῃς μᾶλλον, ... οὐκ ἂν . . ταῦτα συμβαίνοι* I 53 (I 82, 4) *τοῦτο δ᾽ ἂν συμβαίη* (*συμβαίνοι* Paris. 1393), *κἂν ὑποθώμεθα* II 90 (I 136, 1) *ἐὰν οὖν διέλῃς . . . ., ῥᾷον ἂν ἡ τοῦ ὅλου διάμετρος ἡ αὐτὴ λογισθείη.*

His locis veteres scriptores Attici potius *εἰ* cum optativo coniunctum adhiberent; sententia enim protasis non tam exspectationem actionis futurae quam cogitationem fictam significat. Diodorus quoque hanc structuram bis praebet, sed ita ut

protasis exspectationem quandam exprimat. Dionysius eam nusquam exhibet. Ut in chartis Aegyptiis haec ipsa constructio non invenitur, ita in papyris infimae aetatis nonnunquam occurrit ἐὰν cum optativo, cum in apodosi exstet indicativus vel infinitivus (cf. Harsing l. l. p. 47 et 49).

Strabo cum aliorum scriptorum verba oratione indirecta profert, nonnunquam optativum potentialem apodosis convertit in infinitivum cum ἄν coniunctum: I 50 (I 76, 20); I 54 (I 83, 9); II 121 (I 182, 7); III 173 (I 269, 1) = Epit. Pal. III 25; III 175 (I 271, 21); IX 390 (II 212, 7).

In exemplis proferendis praetermisi complura, quae Strabo ex aliis auctoribus hausisse videtur: I 6 (I 9, 19); I 62 (I 95, 2); II 88 (I 133, 18); IX 390 (II 212, 1); XV 716 (III 228, 11).

Plerumque Strabo structuram potentialem enuntiati condicionalis — sicut ceterorum quoque enuntiatorum — exhibet in primo et secundo libro, multo rarius in posterioribus libris.

Apud Polybium occurrunt 15 exempla structurae potentialis in enuntiato condicionali, apud Diodorum 16, apud Strabonem 91; hic igitur aliquantum illos superat. Philodemum autem et Dionysium non adaequat.

Praecipue diligit hanc condicionis potentialis formam: εἰ cum indicativo vel cum ellipsi verbi — optat. c. ἄν (32ies). 22ies exhibet structuram: εἰ c. opt. — opt. c. ἄν; atque hac ratione dissentit a Dionysio, qui hanc ipsam formam plurimi aestimat.

Conspicuum id est, quod Philodemus et chartae Aegyptiae aeque ac Strabo solitam formam potentialem (εἰ c. opt. — opt. c. ἄν) rarius exhibent quam constructionem: εἰ cum indicativo vel cum ellipsi verbi — optat. c. ἄν (11 : 17 et 2 : 24). In sermone volgari forma solita potentialis valde obsoleverat. Contra Polybius — hic ut optativum rarius usurpat, ita in eo adhibendo diligenter normam Atticam observat[1] — formam solitam saepius (8ies) praebet quam illam structuram (εἰ c. indic. — opt. c. ἄν quater). Philo quoque hac ratione propius ad veteres scriptores accedit. — Eam constructionem, quam

[1]) Reik p. 196.

Dionysius vituperat (εἰ c. opt. — indic. praes.), Strabo 12ies usurpat; hac autem ratione eam exhibet, ut apodosis exprimat rem omnino certam, qua condicione Dionysius quoque hanc formam interdum praebet. Philodemus autem eam etiam nonnullis locis usurpat, quibus facile formam solitam potentialem adhibere potuit. — Structuram: εἰ c. opt. — indic. futuri, quam Dionysius non minimo loco habet (sunt 42 exempla), Strabo quater tantum ostendit. E contrario formam: ἐὰν c. coniunct. — opt. c. ἄν, quae Dionysio prorsus est inusitata, ter adhibet, quamquam sensus protasis potius optativum commendat. Vides Strabonem sicut Philonem compluribus in rebus a Dionysii et veterum scriptorum Atticorum usu dissentire.

Ἄν particula apud Strabonem et Dionysium in protasi nunquam occurrit; contra Polybius et Philo eam nonnunquam in protasi cum optativo coniungunt, Philodemus semel eam praebet.

Optativus obliquus

exstat in enuntiato condicionali 13ies.

Idem fere sensus atque enuntiatis pronuntiativis secundariis inest his tribus sententiis condicionalibus:

V 249 (I 395, 1) *ἐθαύμαζεν . . . τῆς μακροθυμίας, εἰ ἐλπίζοιεν . . . τέως ἀνθέξειν* VI 257 (I 409, 17) *μεμφόμενοι . . ., εἰ τοιούτου τυγχάνοιεν* = Epit. Pal. VI 10. XII 540 (II 516, 10) *θαυμάσαντες εἴ τινες οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν.*

In oratione obliqua inveniuntur post tempus secundarium 4 optativi praesentis, qui respondent indicativo orationis directae:

XV 715 (III 227, 1) *κελεύοιεν . . φοιτᾶν παρ' αὐτούς, εἴ του μετασχεῖν ἐθέλοιεν* XV 715 (III 227, 17) *εἰ . . μηδεὶς εἴη φθόνος, ἕτοιμος εἴη* XV 715 (III 228, 5) *ὠφελιμώτατον δ' εἴη . ., εἰ οἱ τοιοῦτοι φρονοῖεν* XV 715 (III 227, 28) *κελεύειν, εἰ βούλοιτο ἀκροάσασθαι, . . μετέχειν τῶν λόγων.*

Hi 4 optativi exstant in paginis 715 et 716 libri XV, in quibus Strabo optativos obliquos maxime cumulavit; hoc loco in enuntiato condicionali unum indicativum (futuri) retinuit: XV 716 (III 228, 10). Praeter hunc locum 8ies indicativum servavit in oratione obliqua post tempus secundarium.

Diodorus et Dionysius huiusmodi optativos omnino non habent.

Praeterea Strabo optativum obliquum usurpavit 5 locis, quibus ἐὰν particulam cum coniunctivo copulatam adhibere potuit:

a) ter optativum praesentis

II 100 (I 150, 24) *διανοούμενον, εἰ* (*μὴ* Paris. 1393) *βραδύνοιτο ὁ πλοῦς, ἐνδιαχειμάσαι* VII 291 (II 5, 21) *εὐπορώτερον ὑπέλαβε στρατηγεῖν . . ., εἰ τῶν ἔξω τοῦ Ἄλβιος . . . ἀπέχοιτο καὶ μὴ παροξύνοι πρὸς τὴν κοινωνίαν τῆς ἔχθρας*

b) ter aoristi

XVII 807 (III 378, 22) *εἰκάζειν παρῆν τὸν κίνδυνον, εἰ τῷ βαδίζοντι . . . λαῖλαψ ἐπιπέσοι* VI 265 (I 421, 2) *εἰ δ' ἐπὶ τὴν Σειρῖτιν τράποιντο, προσθήσειν . . τὸ Μεταπόντιον* XVII 804 (III 374, 15) *εἰ διακοπείη . . ὁ . . ἰσθμός, ἐπικλυσθήσεσθαι . . τὴν Αἴγυπτον.*

Contra hos 5 locos stant 6, quibus Strabo coniunctivum maluit.

Etsi Polybius et Diodorus aliquanto maiorem numerum exemplorum praebent, tamen Strabo pro rata parte iis non est inferior: Diodorus 26 : 115 = 1 : 4, 4. Polybius 18 : 57 = 1 : 3, Strabo 5 : 6.

Chartae Aegyptiae post tempus secundarium octies huiusmodi optativum praebent; inde a II. p. Chr. n. saeculo illae papyri 23 exempla exhibent post tempus primarium; a. Chr. n. saeculis post tempus primarium nullum occurrit exemplum nisi uno loco (Par. 64, 35), cuius verba mendosa vel hiulca esse videntur (Harsing p. 43—45).

Optativus iterativus

in enuntiato condicionali ter reperitur significans rem tempore praeterito iteratam:

XIV 662 (III 142, 6) *ἄλλη δέ τις . . . ἀνεφάνη κακοστομία . . ., εἴ τις ἑλληνίζων μὴ κατορθοίη, ἀλλ' οὕτω λέγοι τὰ ὀνόματα ὡς οἱ βάρβαροι* (*λέγει* Vatic. 1329) XVII 802 (III 371, 12) *Καρχηδονίους δὲ καταποντοῦν, εἴ τις τῶν ξένων εἰς Σαρδὼ παραπλεύσειεν.*

Coniunctivum cum *ἂν* constructum et optativum iterativum Strabo semel in subsequentibus enuntiatis usurpavit XV 716 (III 229, 9) *ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι σῦκα . . παρατύχωσιν, λαμβάνειν δωρεὰν . . . εἰ δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν.* Praeter hunc locum Strabo coniunctivum fere non optativo iterativo anteposuit.

Ex iis quae disserui satis intellegitur Strabonem optativo revocando studuisse. Nimirum hic, qui anno post Dionysium Romam pervenit (29 a. Chr. n.), illic *Ἀττικιστῶν* disciplinam cognovit, neque ab omni parte eam repudiavit: optativi enim usum *Ἀττικιστὰς* secutus magnopere auxit. Polybium et Diodorum huius modi usu non mediocriter superat; in libris I et II optativum potentialem tantopere fovet, ut etiam Dionysii Rhetoricis praestet. Haec et Philodemi scripta eo quoque vincit, quod non modo optativum potentialem, sed etiam obliquum restituit. Etsi numero exemplorum optativi obliqui Dionysii Antiquitatibus longe cedit, tamen multo maiorem optativi ad indicativum et coniunctivum rationem exhibet quam ille atque adeo optativum colit, ut contra morem Atticum etiam post tempora primaria eum adhibeat. Hunc usum Philo mirum quantum auget, ita ut Strabonis consuetudo prae eo simplex ac naturalis videatur. Etiam Philodemus inter perpauca optativi obliqui exempla unum praebet post tempus praesens; duo qui apud eum occurrunt optativi iterativi ad tempus primarium spectant. Diodorus, qui optativi usum restituere non studet, inter 79 optativos obliquos tres tantum post tempus praesens adhibet. Polybius nullum huius modi exemplum habet. Veteres scriptores perraro hac condicione optativum usurpabant. Apparet eos dialecti *κοινῆς* scriptores, qui primi optativo obliquo restituendo operam dabant, eum perperam etiam post tempus primarium saepe adhibuisse. Dionysius autem, scriptor *Ἀττικιστής*, diligenter legem Atticam observavit; sed *Ἀττικισταὶ* posteriorum temporum minime illo usu abstinuerunt.

Qualis sit optativi usus in Pseudo-Longini libello, qui est de sublimitate.

Philodemum et Strabonem et Philonem, auctores dialecti κοινῆς, optativi usum auxisse constat. A Philonis aetate non multum abest anonymus ille auctor, qui de sublimitate libellum composuit (Pseudo-Longinus); idem minus praeceptis Ἀττικιστῶν inhaeret, sed liberiore dictione utitur. Sequitur ut quaeramus, quanti hic optativi usum fecerit.

Per 85 paginas editionis Vahlenianae vel, si solitum spatium paginae Teubnerianae respicimus, per 70 fere paginas invenimus 61 optativos. Age, conferamus nonnulla scripta, quae ipsius argumenti natura similes condiciones optativi adhibendi praebent: habemus in Dionysii Rhetoricis per 100 paginas 61, 2 optativos, apud Philodemum circa 45, apud Philonem Alexandrinum 46. Ps.-Longinus igitur pro rata parte optativo etiam plus tribuit quam Dionysius; exhibet

optativos	activi	medii	passivi	
praesentis	13	6	5	24
aoristi	22	14	1	37
	35	20	6	61

1. Optativi praesentis duas fere partes optativorum aoristi efficiunt, 24 : 37 = 1 : 1, 54. Eandem rationem habemus in Dionysii Rhetoricis 1 : 1, 55. Ps.-Longinus igitur praesentis optativos minus diligit quam Philodemus (1 : 0, 78) et Strabo (1 : 0, 64).

2. Medium verbi genus omnino non reprimitur, sed potius

augetur[1]). Ad 35 optativos activi invenimus 20 medii = 1, 75 : 1. Philodemus praebet rationem 2, 6 : 1; Diodorus 2 : 1; Dionysius 2, 2 : 1.

3. Tertia singularis optativi aoristi I activi 6ies habet exitum Aeolicum -*ειε(ν)* — 5ies ante vocales, semel ante consonantem —; semel -*αι* ante consonantem. Unus qui occurrit optativus tertiae pluralis exitum Aeolicum -*ειαν* praebet; hac in re Anonymus prorsus cum Dionysio congruit, qui et ipse fere solas formas Aeolicas adhibet.

4. Verbi contracti optativus non occurrit nisi *φοβοῖτο* XIV 3 (34, 2) = 1 ad 61 universos optativos. 6ies auctor praefert optativo praesentis contracto formam aoristi. Dionysius quoque optativos contractos minus diligit. Strabo autem et Philodemus eos pro portione saepius exhibent.

5. Verborum in -*μι* exeuntium reperiuntur 9 optativi, qui diligenter secundum consuetudinem Atticam conformati sunt; indicativus autem et participium praesentis activi horum verborum saepius ad -*ω* coniugationem transiit.

Primae pluralis unus exstat optativus verbi in -*μι* desinentis, cui est exitus -*είημεν*.

Optativi igitur nulla occurrit forma, quae a norma Attica deflectat. Plerumque auctor praefert eas formas, quas *Ἀττικισταὶ* malebant: -*ειε(ν)*, -*ειαν*, -*είημεν*.

Iam convertamus nos ad

optativi syntaxin.

I. Optativus optantis

in hoc libello omnino non legitur, neque forma potentialis *βουλοίμην ἂν* cum infinitivo constructa, quam Dionysius ter praebet, eius vices obiit.

II. Optativum potentialem

invenis 40ies inclusis exemplis, quae exstant in apodosi enuntiati condicionalis.

[1]) Cf. etiam G. Tröger, Der Sprachgebrauch in der pseudo-longinischen Schrift *περὶ ὕψους*. Programm von Burghausen, 1898/99, p. 30.

1. In enuntiato pronuntiativo primario

habes

a) 6ies optativum praesentis[1])

VII 3 (12, 9) οὐκ ἂν ἔτ' ἀληθὲς ὕψος εἴη XLIII 5 (80, 14) τῶν πραγμάτων πρέποι ἂν καὶ τὰς φωνὰς ἔχειν ἀξίας XII 5 (30, 19) ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε XXXIV 4 (67, 7) θᾶττον ἄν τις . . . ἐπανοῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο XXII 1 (46, 7) ἀναρίθμητα πάθη καὶ οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις ὁπόσα δύναιτο XII 4 (30, 15) σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἂν

b) 15ies aoristi

IX 10 (19, 8) οὐκ ὀχληρὸς ἂν ἴσως . . δόξαιμι III 1 (6, 12) σχολῇ γ' ἂν οἶμαι λόγοις ἀληθινοῖς ἁρμόσειεν XXVIII 1 (52, 14) οὐδεὶς ἂν οἶμαι διστάσειεν XLIV 11 (85, 7) αἱ πλεονεξίαι κἂν ἐπικλύσειαν (Paris. 2036 ἐπικαύσειαν) τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην IX 13 (22, 2) παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ XV 2 (35, 5) οὐκ ἂν λάθοι σε II 3 (5, 1) τοῦτ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν λόγων εἴποιμεν XXXV 5 (69, 6) ἐκεῖν' ἂν εἴποιμεν XXXIX 1 (73, 12) τοσοῦτον ἐξ ἀνάγκης προσθείημεν ἂν VIII 4 (14, 8) θαρρῶν γὰρ ἀφορισαίμην ἂν I 4 (3, 11) κἂν αὐτὸς ἐκ πείρας ὑφηγήσαιο XLIV 9 (84, 12) οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν τις δεκασθεὶς οὐκ ἂν ἔτι τῶν δικαίων . . ἐλεύθερος καὶ ὑγιὴς ἂν κριτὴς γένοιτο X 1 (23, 10) γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον XXXVI 4 (71, 3) ἡ γὰρ ἀλληλουχία τούτων ἴσως γένοιτ' ἂν τὸ τέλεον XLIV 5 (82, 14) in codice Parisino 2036 legitur: κοινὸν δή τις ἀποφήνετο (altera manus αι suprascripsit) δεσμωτήριον. Spengelius restituendum esse suspicatur: δή τις ἀπεφήνατο, Vahlenius scripsit κοινὸν ἄν τις ἀποφήναιτο; atque desiderat sensus optativum potentialem.

2. In interrogatione directa

invenimus

a) 1 optativum praesentis

XXXIII 4 (63, 4) ἆρ' οὖν ⟨οὐχ⟩ Ὅμηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι

[1]) In locis proferendis annoto numeros capitum et paragraphorum; uncis includo numeros paginarum et linearum editionis Vahlenianae (Lipsiae 1910).

b) 6 ies optativum aoristi

XV 4 (36, 11) *ἆρ οὐκ ἂν εἴποις* XIV 3 (34, 1) *πῶς ἂν . . ὁ μετ᾽ ἐμὲ πᾶς ἀκούσειεν αἰών* IX 14 (23, 1) *τί γὰρ ἂν ἄλλο φήσαιμεν ἢ . . . . ἐνύπνια;* XXXIII 5 (63, 14) *ἢ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν . . . . . ἀντιτιμήσαιτο* IX 5 (16, 4) *τίς οὖν οὐκ ἂν εἰκότως . . . . ἐπιφθέγξαιτο* XXXIII 5 (63, 8) *τί . . . μᾶλλον ἂν εἶναι . . ἕλοιο*

De enuntiatorum secundariorum usu.

1. In enuntiato pronuntiativo secundario

bis occurrit optativus potentialis:

VII 1 (11, 18) *διότι . . . . . . οὐκ ἂν τῷ γε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα* XI 2 (29, 5) *ὡς οὐδὲν ἂν . . . συσταίη χωρὶς ὕψους τέλειον*

2. In interrogatione indirecta

habemus

a) bis praesentis optativum potentialem

I 1 (2, 7) *δι᾽ ὅτου τρόπου τὰς ἑαυτῶν φύσεις προάγειν ἰσχύοιμεν ἂν* XXXIII 1 (61, 17) *πότερόν ποτε αἱ πλείους ἀρεταὶ τὸ πρωτεῖον . . ἢ αἱ μείζους δικαίως ἂν φέροιντο*

b) semel aoristi

I 1 (2, 4) *πῶς ἂν ἡμῖν . . τοῦτο . . . . κτητὸν γένοιτο.*

3. In enuntiato relativo

reperimus

ter aoristi optativum

VIII 1 (12, 19) et XLIV 6 (83, 8) *ὡς ἂν εἴποι τις* X 7 (28, 3) cod. Paris. 2036 praebet: *ὡς εἴποι τις.* Quin hoc quoque loco *ἂν* particula scripta fuerit vix dubium esse potest.

In enuntiato consecutivo neque optativus neque indicativus exstat, sed solus infinitivus, quae est structura usitatissima dialecti *κοινῆς*; atque praevalet *ὡς* particula (5 ies; *ὥστε* bis). Supra commemoravi Arrianum quoque et Lucianum et Philostratum II *ὡς* coniunctionis usum auxisse (p. 58).

Sed redeamus ad propositum: Inter 61 optativos habemus 40 potentiales — inclusis iis, qui occurrunt in apodosi enuntiati condicionalis — 1 : 1, 5. Potentialis igitur optativus aliquantum praevalet. Neque mira est haec ratio: perraro enim Ps.-Longino occasio offertur optativi obliqui post tempus secundarium usurpandi; omnino non est facultas optativi optantis vel iterativi ad rem tempore praeterito significandam adhibendi. — Etiam maiorem partem optativus cum ἂν coniunctus explet in Dionysii Rhetoricis (1 : 1, 4) et in Philodemi scriptis (1 : 1, 26).

Ἂν vocula in enuntiatis negativis — duobus locis exceptis — semper particulam negativam subsequitur; in ceteris enuntiatis ἂν certum locum non habet. Semel — X 7 (28, 3) — ἂν voculam in codicibus deesse optativo potentiali, sed addendam videri supra dixi; duobus locis — XXXVI 2 (70, 2); XLIV 9 (84, 13) — illa vocula bis posita est; utroque loco ob eam causam iteratur, quod ἂν prius nimis ab optativo remotum est.

Pseudo-Longinus optativum potentialem semper congruenter normae Atticae adhibet; praecipue hoc modo exprimere solet aliquam rem quibusdam condicionibus fieri posse; nunquam significat eo optatum vel imperatum lenius. Bis etiam — III 1 (6, 12) et XXVIII 1 (52, 14) —, ut lenius sententiam suam exprimat, abundanter optativum potentialem et οἶμαι (in parenthesi) coniungit, quorum utrumque fere eundem sensum habet. —

Reliquum est ut addam auctorem 11 locis, quibus optativum potentialem adhibere potuit, indicativum futuri praetulisse; tamen optativum potentialem praevalere intellegis.

Optativus concessivus omnino non reperitur.

III. De optativo obliquo.

In enuntiato pronuntiativo secundario optativum obliquum nunquam invenimus, indicativum post tempus secundarium bis [XXXV 2 (68, 4 et 68, 8)]; neque in enuntiato relativo vel causali ullum exstat exemplum.

In enuntiato interrogativo secundario unum reperis optativum obliquum, atque eum post tempus primarium: X 1 (23, 7) *εἴ τι καὶ ἕτερον ἔχοιμεν . . . . , ἐπισκεψώμεθα.* Manutius substituit pro optativo indicativum, qui in interrogatione obliqua

bis occurrit: I 2 (2, 13 et 2, 16). Sed aliis quoque locis auctor post tempus primarium optativum exhibet: VII 1 (11, 23) et XLIV 8 (84, 11). Itaque non est cur illum optativum reiciamus, praesertim cum et Strabo et Philo post tempus primarium optativum obliquum non raro adhibeant.

In enuntiato finali

invenis optativum obliquum semel — post tempus secundarium: IX 14 (22, 15) *παρεξέβην δ' εἰς ταῦθ' . . ., ἵνα δείξαιμι.* Coniunctivum post tempus secundarium habes XVI 3 (41, 14) et XX 2 (44, 24).

Post verbum timendi

habemus unum optativum — assimulatum ad optativum enuntiati antecedentis: XIV 3 (34, 2) *εἰ δέ τις . . φοβοῖτο μὴ τοῦ ἰδίου . . χρόνου φθέγξαιτό τι ὑπερήμερον.*

Post verbum curandi

habes: VII 1 (11, 22) *ἐπισκεπτέον μή τινα μεγέθους φαντασίαν ἔχοι τοιαύτην.* Kayser N. Jahrb. LXX p. 294 mavolt indicativum *ἔχει*; sed non est cur mutemus codicum scripturam. Cf. X 1 (23, 7) et XLIV 8 (84, 11); his quoque locis optativus obliquus exstat post tempus primarium.

In enuntiato temporali

optativus obliquus occurrit uno loco — post tempus primarium — XLIV 8 (84, 10) *ἀνάγκη . . . . . . τὰ ψυχικὰ μεγέθη . . ἄζηλα γίνεσθαι, ἡνίκα τὰ θνητὰ ἑαυτῶν μέρη ἐκθαυμάζοιεν.*

Neque post verba curandi vel timendi neque in enuntiato temporali ullus coniunctivus occurrit post tempus secundarium.

Auctor in libello 6ies habet occasionem optativi obliqui post tempus secundarium usurpandi, semel eum adhibet; ter optativum exhibet post tempus primarium; hac igitur condicione mavolt eum, qua ratione similis est Philoni.

Unum est reliquum quod addam: Ps.-Longinus cum Platonis verba (ex Timaeo) profert XXXII 5 (59, 9), duos Platonis optativos in coniunctivos mutat; hoc autem loco in universum verba eius minus accurate refert.

Ad extremum contemplemur

IV. optativi in enuntiato condicionali usum.

In enuntiato cōndicionali invenimus solum optativum potentialem; solitam condicionis potentialis formam ter reperis:

a) *εἰ* c. opt. praes. — opt. praes. c. *ἄν*.

XXXIV 1 (64, 1) *εἰ δ' ἀριθμῷ . . . κρίνοιτο τὰ κατορθώματα, οὕτως ἂν καὶ Ὑπερείδης . . προέχοι Δημοσθένους*

b) *εἰ* c. opt. aor. — opt. praes. c. *ἄν*.

XXX 2 (54, 21) *ταὐτὸν ἂν φαίνοιτο, ὡς εἴ τις . . . περιθείη*

c) *εἰ* c. opt. aor. — opt. aor. c. *ἄν*.

XXXVI 2 (69, 17) *εἴ γε . . . . . . συναθροίσειεν, ἐλάχιστον ἄν τι, μᾶλλον δ' οὐδὲ πολλοστημόριον ἂν εὑρεθείη τῶν . . . κατορθουμένων.*

Secerno unum exemplum II 3 (5, 5), quia paragraphus II 3 suspecta videtur: *εἰ ταῦθ' . . ἐπιλογίσαιτο . . . . . . οὐκ ἂν ἔτι, μοι δοκῶ, περιττὴν . . . . . ἡγήσαιτο θεωρίαν.*

Indicativus futuri in apodosi bis occurrit, cum in protasi exstet optativus:

XIV 2 (33, 15) *ἔτι δὲ μᾶλλον* (scil. *ἐκεῖνα τὰ πρόσωπα τὰς ψυχὰς ἀνοίσει*). *εἰ κἀκεῖνο τῇ διανοίᾳ προσυπογράφοιμεν* XXXV 3 (68, 12) *εἴ τις περιβλέψαιτο ἐν κύκλῳ τὸν βίον . . . . . . ταχέως εἴσεται.*

Infinitivum futuri in apodosi, in protasi optativum aoristi hoc habes loco: II 2 (3, 18) *ἐγὼ δὲ ἐλεγχθήσεσθαι τοῦτ' ἑτέρως ἔχον φημί, εἰ ἐπισκέψαιτό τις.*

Forma potentialis temporis praeteriti in apodosi occurrit, cum in protasi exstet optativus XIV 1 (33, 11) *πῶς ἄν, εἰ τύχοι ταὐτὸ τοῦθ', Ὅμηρος εἶπεν.*

Ea enuntiati condicionalis forma, quae a Dionysio vituperatur (*εἰ* c. opt. — indic. praes.), quater occurrit:

a) bis optativus praesentis

XIII 2 (31, 16) *Ἐνδείκνυται δ' ἡμῖν οὗτος ἀνήρ, εἰ . . βουλοίμεθα μὴ κατολιγωρεῖν* XI 2 (29, 1) *τοῦτο δὲ εἴτε διὰ τοπηγορίαν εἴτε δείνωσιν . . . . . . γίνοιτο, χρὴ γινώσκειν ὅμως τὸν ῥήτορα*

b) bis optativus aoristi

XXI 2 (45, 20) *ὥσπερ γὰρ εἴ τις συνδήσειε τῶν θεόντων τὰ σώματα τὴν φορὰν αὐτῶν ἀφῄρηται* VI 1 (11, 9) *ἔστι δέ, . . . εἴ τινα περιποιησαίμεθ᾽ . . καθαρὰν τοῦ κατ᾽ ἀλήθειαν ὕψους ἐπιστήμην.*

Hanc igitur structuram Ps.-Longinus saepius quam ipsam solitam formam potentialem adhibet; eam autem constructionem (*εἰ* c. opt. -- indic. futuri), quam Dionysius praeferendam iudicat, bis tantum usurpat.

Semel invenitur infinitivus praesentis in apodosi, cum in protasi exstet optativus:

XXXIII 4 (62, 16) *οὐδὲν ἧττον οἶμαι τὰς μείζονας ἀρετάς, εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι διομαλίζοιεν, τὴν τοῦ πρωτείου ψῆφον μᾶλλον ἀεὶ φέρεσθαι.*

In protasi optativum, in apodosi ellipsin verbi reperimus his locis:

XIV 3 (33, 21) *πλέον δὲ τούτων παρορμητικόν, εἰ προστιθείης* XIV 3 (34, 2) *εἰ δέ τις . . φοβοῖτο . . . . . . , ἀνάγκη . . . . ἀμβλοῦσθαι* XXIX 1 (53, 9) *ἐπίκηρον μέντοι τὸ πρᾶγμα, ἡ περίφρασις τῶν ἄλλων πλέον, εἰ μὴ συμμέτρως τινὶ λαμβάνοιτο* IX 7 (17, 8) *ταῦτα φοβερὰ μέν, πλὴν ἄλλως, εἰ μὴ κατ᾽ ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, παντάπασιν ἄθεα.* Weiskius iniuria delevit optativum *λαμβάνοιτο.*

Semel occurrit forma: *ἂν* (= *ἐὰν*) c. coniunctivo — optativus c. *ἄν* XVI 1 (39, 12) *καὶ γὰρ ταῦτ᾽ ἂν ὃν δεῖ σκευάζηται τρόπον, ὡς ἔφην, οὐκ ἂν ἡ τυχοῦσα μεγέθους εἴη μερίς.*

Ps.-Longinus nunquam exhibet formam: *εἰ* cum indicativo vel cum ellipsi verbi — optat. c. *ἄν*, quam Philodemus et Strabo et chartae Aegyptiae maxime in deliciis habuerunt.

Ad finem quaestionis pervenimus. Apertum est Ps.-Longinum dedita opera optativi potentialis usum coluisse, etsi cum Dionysii consuetudine non in omni re congruit. Eo magis intellegitur optativi usum, postquam *Ἀττικιστῶν* diciplina pervulgata est, valde crevisse. Etiam scriptores, qui artificiosae dictioni non multum tribuebant, velut Philodemus et Strabo,

Ἀττικιστὰς secuti optativum revocabant. Ab his temporibus soli fere ii auctores eum neglegebant, qui dictionem omnino non curabant, sed sermone volgari cotidiano usi sunt, ut plerique Novi Testamenti auctores. Plurimi scriptores optativum adhibebant etiam tum, cum in sermone volgari iam dudum exstinctus erat. Ab exeunte II. fere p. Chr. n. saeculo etiam in chartis Aegyptiis optativi usus paulatim increbrescebat, sed ita, ut ratio eius adhibendi ab Atticis multum discederet et sensim plena modorum turbatio exsisteret, quae maxima erat quinto et duobus insequentibus saeculis (Harsing p. 57).

Vita.

Natus sum Augustus Glatzel in vico Nowag prope Nissiam sito die VII. mensis Iulii anni 1886 patre Iulio matre Maria e gente Effner. Fidei addictus sum catholicae. Primis litterarum elementis in schola publica imbutus et privatim instructus a parocho Paulo, cui gratias ago maximas, per septem annos gymnasium frequentavi Patschcoviense. Unde testimonium maturitatis adeptus vere anni 1905 universitatem Vratislaviensem adii, ubi primo studiis theologicis et philosophicis, deinde philologicis et historicis incubui.

Docuerunt me hi viri doctissimi:

Baumgartner, Cichorius, Drescher, Foerster, Gercke, O. Hoffmann, Kampers, Kabitz, Kaufmann, Kautzsch, Kühnemann, Nickel, Rohr, Sdralek †, Skutsch †, Stern, v. Tessen-Wesierski, v. Wenckstern, Wendland, Volkmann, Ziegler.

Admiserunt me ad exercitationes proseminarii et seminarii philologici Foerster, Gercke, Skutsch †, Wendland, ad exercitationes archaeologicas Foerster, historicas Cichorius, psychologicas Stern. Ad societatem Graecam comiter aditum mihi dedit Gercke. Quibus omnibus viris gratias ago quam maximas, imprimis Foerstero, qui ut hanc dissertationem scriberem, me admonuit atque benigno consilio semper adiuvit.